

VIRIS SUMME REVERENDIS
HISDEMQUE ILLUSTRISSIMIS ATQUE OMNIBUS
HUMANITATIS DOTIBUS CUMVLATIS

CAPITVLI ECCLESIAE
EPISCOPALIS VERONENSIS
PRAESIDI ET SACERDOTIBUS

REGIA SCIENTIARVM ACADEMIA BORVSSICA

B. P. D.

En Vobis Vestrum, Viri Summi, Ga-
jum, quem nostrorum curae et fidei
commisistis, reddimus: et talem quidem
reddimus, qualem sperabamus Vobis
gratissimum fore. Nam cum Dei pro-
videntia et majorum merito domini et
dispensatores facti sitis suppellectilis lit-
terariae cum copia conspicuae tum
praestantia paene incomparabilis, Vos
tanto thesauro non incubatis, res ad
erudiendum genus humanum utilissi-
mas non premitis neque eas orbi lit-
terato quam primum impertiendi lau-

dem cuiquam, modo digno et ad id negotium apto, invidetis: sed illud potius e re Vestra, illam Vestram maximam laudem putatis, si Vestrae tantae opes hodie potius quam cras ita publicentur, ut ad Dei immortalis gloriam, ad verae scientiae amplificationem, ad bonorum ingeniorum alimentum, quam plurimus inde fructus redundet.

Quare cum Augustissimi Regis nostri ad Summum Pontificem orator, collega noster, *B. G. Nieburus*, vir ad excollenda et adjuvanda optima studia natus, urbem Vestram ante hos quattuor annos transiret celeberrimamque illam bibliothecam invisere cuperet; Vos tanquam Vestro eam aperuistis et permisistis ut, quae vellet, diligentius ille inspiceret et transcriberet. Ita factum est ut codicis illius pretiosissimi, cujus particulam jam vir ille doctissimus, quem suum olim fuisse Vestra Verona

merito sibi gratulatur, *Scipio Maffei*,
veluti augurans quanti thesauri primi-
tias orbi litterato offerret, publici ju-
ris fecerat, ejus inquam codicis ceterae
quoque partes absconditae hucusque
et alius operis characteribus obrutae,
studio et sagacitate viri optimi dete-
gerentur. Neque hic substitit Vester
erga bonas artes favor; neque Vos the-
saurum hunc, quod alii fecissent, nunc
aut multo magis anxie secludebatis,
aut vana Vos patriamque celeriori quam
solidiori honore mactandi cupiditate
abrepti, minus exercitatis manibus ador-
nandum tradebatis: sed cum audissetis
esse apud nos viros aliquos, qui hoc
potissimum jurium antiquitatis stu-
dium, quod saeculo proximo per uni-
versam Europam marcescebat, strenue
instaurarent; non dubitastis, quae Ve-
stra est animi magnitudo, viris extra-
neis, quos nos Vobis commendavera-

mus, copiam facere scrinia Vestra ad-
undi, codicem in orbe terrarum sui
generis unicum manibus tractandi, et
eiusque illi insudandi, donec omnia
quae temporis injuria non plane eva-
nerint, in chartas suas inde confer-
rent. Qua in re officia atque inde-
fessum studium benevolentiamque Ve-
stri Bibliothecarii, Viri reverendissimi
et illustrissimi, Bartholomaei Comitis
Guarienti, qui nos omnes eo munere
sibi devinxit, gratissima memoria re-
colere solent. Postremo humanissime
eos dimisistis animoque aequissimo et
benignissimo concessistis, ut apogra-
phum illud auro gemmisque aequipa-
randum domum asportarent uberiori
hic otio perpoliendum et, quod jam
peractum videtis, cum orbe erudito
communicandum.

Itaque Vobis, Viri Summi, id ac-
ceptum debetur, quod Gaji opus illud,

ex quo jam olim, vigente Romano imperio, a doctoribus elementa Juris Romani tradebantur, postquam per tot saecula e rerum natura deletum creditum est, nunc denuo eidem gravissimae scientiae tradendae in nostris etiam scholis inservit. Vestro merito debetur inventum, quod in maximis inde ab instauratione litterarum est numerandum. Vestrum est quod nova lux his litteris affulsit, quodque velut nova aetas jurisprudentiae Romanae nunc surgit. Quas igitur tota Vobis respublica litteraria gratias debet, eas patimini ut nos potissimum Vobis agamus, quos in meriti illius consortium quadamtenus recipere dignati estis, cum viros a nobis ad Vos missos tanta et humanitate et liberalitate ad honorificentissimum illud munus admitteretis.

Cujus meriti quam vellemus ut re
quoque par Vobis referre contingeret!
Interim quae nobis relicta est, publi-
cam hanc sensuum nostrorum testifica-
tionem, et, doni instar, illud ipsum
quod Vos nobis donastis, benigne ut
accipiatis rogamus enixe.

Dabamus, Berolini mense Novembri
Anni MDCCCXX.

PAVLVS ERMAN

FRIDERICVS DANIEL ERNESTVS
SCHLEIERMACHER

IOANNES GEORGIVS TRALLES

PHILIPPVS BUTTMANN

LECTURIS

IOANNES FRIDERICVS LVDOVICVS
GOESCHEN

IURISCONSULTVS BEROLINENSIS.

Bibliotheca Capitularis Veronensis, librorum manuscriptorum copia atque praestantia celebris, maxime membranarum, quae argumenti sunt iuridici, excellit. Inter quas primum fere locum eae obtinent, quas, Reverendissimo Capitulo consentiente, hoc volumine typis exscribendas curavit Academia Scientiarum Regia Borussica. Sunt autem hae;

1. Codex membranaceus rescriptus, olim XV., nunc XIII., quo sub quibusdam S. Hieronymi scriptis genuinae Gaji Institutiones continentur.
2. Folium singulare membranaceum, in quo de praescriptionum et interdictorum iure exponitur, ipsum quoque ad genuinas Gaji Institutiones pertinens.
3. Folia membranacea duo, quae tamen inter se cohaerent; incerti auctoris fragmen-

tum, quod in jure fisci declarando versatur.

Folia, quae sub numeris 2. et 3. recensui, parvulo insunt volumini, varii argumenti fragmenta complexo, cui titulus inscriptus legitur hic: „Vetera Paralipomena Mss. Codicum Capituli Veronensis, a Joh. Iacobo de Dionisiis Veronensi canonico in unum collecta. 1758.“

Iam, quo pacto in publicum emerit harum membranarum notitia, exponendum est¹.

Vtriusque, de quo dixi, fragmenti, tam ejus, quod de praescriptionum et interdictorum, quam ejus, quod de fisci jure agit, primus meminit, magnum illud Italiae decus, Scipio Maffei. Hunc enim in codicum Capitularium manu exaratorum indice, quem suae

¹ Conf. Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, herausgegeben von F. C. v. Savigny, C. F. Eichhorn und I. F. L. Goeschen. Dritter Band. Berlin 1817. pag. 129. sq. — Abhandlungen der historisch-philologischen Klasse der Königlich-Preussischen Akademie der Wissenschaften aus den Jahren 1816 — 1817. Berlin 1819. pag. 307. sq. — Göttingische gelehrte Anzeigen. 1816. pag. 2009. sq.; 1817. pag. 691. sq. et pag. 1056.; 1818. pag. 17. sq. et pag. 1849. sq. — Leipziger Literatur-Zeitung. 1816. pag. 2529. sq.; 1817. pag. 2641. sq. — (Ignazio Conte Bevilacqua Lazise) Notizia d'alcuni Frammenti di antica Giurisprudenza Romana scoperti nell' anno MDCCCXVII fra i Codici della Biblioteca del Capitolo Canonico in Verona. Vicenza. 1817. 8. — Thémis ou Bibliothèque du Jurisconsulte. Tome premier, Troisième Livraison. Paris, 1820, pag. 288. sq.

PRAEFATIO.

Veronensis civitatis descriptioni inseruit, cum scriberet: „Più carte lacere e sciolte d'antico majuscolo, una delle quali par fosse d'un codice delle Pandette, ed altra d'un' opera d'antico Giurisconsulto; quai codici se si fossero conservati, niente si ha in tal genere, che lor si potesse paragonare“², ad nostra fragmenta respexisse constat. Neque tamen in eo substitit Maffei us. Nam in Opusculis suis ecclesiasticis³, ubi codicum Capitularium thesaurum diligentius recenset, primum quidem, pag. 61., brevi hac annotatione fragmenta nostra significat: „Carte lacere da un codice delle Pandette, o d'antico Giurisconsulto“; deinde vero, p. 90., plenius ea persequitur ita: „Legum mentio chartarum frusta quaedam mihi in memoriam revocat a vetustissimo codice olim decisa, in quo antiqui Jurisconsulti interpretatio habebatur, aut compendium quoddam Justiniani Institutionum. Haec verba, velut ex horreo incenso grana, aucupatus sum. Libri

² Verona illustrata, Parte terza, Verona, 1733, 8. cap. 7. pag. 464.

³ Istoria Teologica delle dottrine e delle opinioni corse ne' cinque primi secoli della Chiesa in proposito della divina Grazia, del libero arbitrio, e della Predestinazione. Si aggiungono alcuni Opuscoli Ecclesiastici dell' Autor medesimo con importanti Anecdoti in membrane antichissime riavvenuti. Trento, 1742. fol.

quarti XV titulum statim agnosces." Quae sequuntur, fragmenti de praescriptionum et interdictorum jure satis amplam partem, a verbis *Superest, ut de interdictis dispiciamus*, quae pag. 1. lin. 19, leguntur, usque ad verba *quorum honorum*, quae pag. 2. lin. 22, continentur, exhibent. Post quae ita pergit Maffei: „In pagella altera; *ancilla Caesaris, quae liberis habuit*". Haec verba ex altero illo fragmento de jure fisci deprompta sunt, ubi in folii posterioris columna prima lin. 23. et 24. leguntur. Quae vero adjicit Maffei; „et in alia: *secundum naturalem significationem verum esse debet*" etc., ea iterum ad fragmentum de praescriptionum et interdictorum jure referenda sunt; hujus enim prima pagina, a fine lin. 3. usque ad verbum *solet* in lin. 13. principio positum, ea, quae hoc loco in medium profert Maffei, comprehenduntur. Eodem denique pertinet scripturae specimen, quod in secunda, quae Opusculis ecclesiasticis jungitur, tabula, sub numero X., aeri incisum, conspicitur, repraesentans illud paginae 2. lineas 5 — 9, a verbis *unde omnia interdicta* usque ad verba *editis formulis*. Cujus speciminis postea partem aliquam (pag. 2. lin. 5 — 7.) iterum aeri incisam, typisque, licet minus ac-

curate, excerptam Novi tractatus de re diplomatica auctores exhibuerunt⁴.

Quod ad codicem XIII. attinet, multo tardius venit, ut iudicium ejus innotesceret argumentum; quippe quod occultum mansit ad novissima usque tempora. Quamquam codicem ex palimpsestorum numero esse, Maffei non minime fegerat: cujus rei testis est librorum manuscriptorum catalogus, qui in Bibliotheca Capitulari asservatur, manu exaratus, a Maffei compositus, post hujus autem obitum a doctissimo Antonio Masotti recognitus⁵; in eo epim de codice nostro inter alia leguntur haec: „Maltae ex chartis codicem alium constituerant, dilutis siquidem anterioribus literis ac deletis, quae nunc cernuntur superinductae sunt, quod et in aliis codicibus animadverti pluries, primae scripturae satis se prodente vestigio, ac si antiquitas adeo infrequentes occurrerent ovinae pelles, ut nisi alterius interitu novus liber exiri non posset“⁶. Itaque, codicem XIII. rescriptum esse,

⁴ Nouveau Traité de Diplomatique. Tome troisième. Paris. 1757. pag. 308. Tab. 46.

⁵ Constat duobus voluminibus in fol. Titulus sic habet: Scipionis Maffei Biblioth. Manuscripta Capitularis recognita digesta suppleta sub auspiciis Amplissimi Capituli ab Ant. Masotti Biblioth. Veronae MDCCLXXXVIII.

⁶ Locum hunc exhibet Vol. I. pag. 62.

neque Maffeius ignoravit, neque Masotius, quamquam hanc notitiam typis vulgare supersederunt ambo; quale autem esset deletae scripturae argumentum, id vel ipsos latuit.

Nulla igitur de singularibus codicis XIII. dotibus apud viros doctos erat suspicio. Quae vero de reliquis illis, quarum mentionem habuimus, membranarum publici juris fecerat Maffei, ea, in Germania saltem, oblivio fere deleverat; ita ut Celeberrimus Hauboldus, cujus sane ingentem eruditionem nihil fere solet fugere, eorum memoriam proprio programme⁷ renovandi optimo jure caperet consilium. In quo libello elaborando cum adhuc occupatus esset, novam eamque inopinatam accessionem accepit Veronensium membranarum cognitio. Quam Illustrissimi Niebuhrii, in quo splendidum ingenium, an incomparabilem doctrinam magis admireris, nescias, immortalis debemus merito. Is enim anno 1816. ab Augustissimo Rege nostro Romam missus, ut ibi Regii ad Sedem Apostolicam Legati locum occuparet, in transitu Bibliothecam Capitularem Veronensem lustravit; cumque in codicem XIII. incidisset, non modo, antiquissima scriptura veteris alicujus Jurisconsulti opus contineri, sta-

⁷Notitia Fragmenti Veronensis de Interdictis. Auctore Christiano Gottlieb Hauboldo. Lipsiae, 1816.

tim animadvertit; sed, gallae infuso adhibito, in folio XCVII. deletae scripturae ductus tam prospero restituit successu, ut ejus transcribendi facultatem nancisceretur. Praeterea fragmenti de praescriptionum et interdictorum jure, quod genuinis Gaji Institutionibus adjudicare non dubitavit, plenius atque accuratius composuit exemplum, quam quod olim typis vulgaverat Maffei. Tandem ejus quoque fragmenti, quod ad tractatum de jure fisci pertinet, transcribendi fecit periculum: et licet temporis angustiis impediretur, quominus harum membranarum, quarum pessima est condicio, accuratum absolveret exemplum, magni tamen aestimandum erat vel minus absolutum earum apographum; omni enim antea destituebamur certa atque definita hujus fragmenti notitia. Quae omnia biduo, neque tamen eo integro, Niebuhrium perfecisse, ei, qui difficultatum in ejusmodi rebus superandarum gnarus est, incredibile videri possit. Operae autem fructum Niebuhrius cum Illustrissimo Savinio communicavit. Qui, ut typis mandarentur, quae Niebuhrius transcripserat, sedulo curavit². Propria praeterea eaque, ut solet, doctissima atque acutissima adjunxit commentaria, in qui-

² Vid. Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, Tom. III. pag. 140 — 146, 150 — 158, 165 — 168.

bus, ut alia multa, ita hanc quoque in medium protulit conjecturam, antiquum codicis XIII. contextum ex genuinis Gaji Institutionibus repetitum esse, fragmentumquæ de praescriptionum et interdictorum jure hujus codicis aliquando fuisse partem^o. Quae cum mox per universam vulgarentur Germaniam, tanta exorta est doctorum virorum de codicibus Veronensibus expectatio, tantumque imprimis codicem XIII. penitus cognoscendi desiderium, ut Academia Scientiarum Regia Borussica viros duos Veronam mittere constitueret, qui, quod inceperat Niebuhrius, in quantum fieri posset, perficerent. Idque negotium Celeberrimo Bekkero, philologo primario, Academiae socio, mihiq; datum est. Itaque mense Majo anni 1817. Berolino profecti, sub mensis finem Veronam venimus. Cum tamen ea sit Bibliothecae Capitularis legibus instituta ratio, primum ut codicis alicujus domum auferendi nemini umquam concedatur licentia; deinde ut Bibliothecae scrinia publicis usibus unam tantum singulis diebus horam soleant patere: illud nobis ante omnia curandum erat, ut diutius in Bibliotheca commorandi nancisceremur facultatem. Praeterea eam esse codicis XIII. condi-

^o Vid. Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. Tom. III. pag. 172.

cionem statim intelligebamus, ut in eo enucleando, nisi chemicis remediis adhibitis, frustra consumeremus operam. Igitur ut gallae infusor, quod nobis quidem omnium remediorum unum se probavit, uti liceret, a Reverendissimo Capitulo venia petenda erat. Unde effectum est, ut a medio demum Iunio ex voto nobis procederet suscepti mandati executio, quae, cum aliqua tamen intermissione, ad medium fere Octobrem occupatos nos tenuit. Bekkerus sane, ut alia eaque gravissima litterata negotia ab Academia Regia sibi commissa expediret, jam exente mense Julio Mediolanum se contulerat; neque tamen solum me reliquerat. Clarissimus enim Hollwegius, Universitatis litterariae Berolinensis, ubi jam egregie Professoris partes sustinet, eo tempore alumnus, cum difficultatum, quas haberet codicis XIII. explicatio, fama ad eum perlata esset, litterarum amore ductus, sua sponte nos, ut operam suam offerret, junxerat: cuius industriae atque sollertiae quantum debeam, dicere vix possum. Iam vero ut, quae praestiterimus, breviter demonstrarem, primum ea, quae Niebuhrius confecerat, exempla diligenter et recognovimus et supplementimus: deinde maximam eorum, quae codice XIII. comprehenduntur, quaeque incognita erant

antea, quatenus juridici sunt argumenti, partem transcripsimus; ita quidem, ut, quae inexplicata relinquenda essent, vix nonam efficiant totius codicis partem: tandem illam, quam supra significavi, Savinii conjecturam verissimam invenimus; cujus rei postea evidentissima afferam documenta. Neque verò, cum prosperum hunc cogito eventum, temperare mihi possum, quin grata mente nominem Viros Amplissimos atque Generosissimos, Comitum de Goes, Supremum totius Venetae provinciae Praesidem, Liberumque Baronem de Lederer, Veronensi regioni Praefectum, qui summo studio nos adjuverunt. Multum porro amicitiae debemus tum Celeberrimi Iosephi Zamboni, physici insignis, tum Illustrissimi Comitis Ignatii Bevilacqua Lazise, litterarum non fautoris modo, sed etiam cultoris. Hic vel postquam Verona abieramus, incepti nostri studiosissimum se praestitit; quippe qui ejus notitiam eleganti libello cum popularibus suis communicavit¹⁰, et tam fragmenti de praescriptionum et interdictorum jure, quam loci alicujus ex S. Hieronymi epistolis, qui extat in codice XIII., propria manu exaravit imaginem nostro usui destinata, qua singuli quique

arche

¹⁰ Vid. supra not. 1.

archetypi ductus accuratissime repraesentantur. Cum autem a Reverendissimi Capituli decretis potissimum penderet suscepti operis eventus, illud nobis omnium maxime exoptatum contigit, quod Reverendissimi Domini Marchionis Dionysii Caroli Dionisi, Sedis Episcopalis Vicarii Generalis, et Reverendissimi Domini Comitis Bartholomaei Guarienti, Bibliothecae Capitularis Antistitis, Virorum omnibus humanitatis dotibus insignium, benevolentiam nobis conciliavimus. Tanta imprimis excellentissimi Comitis Guarienti erga nos fuit comitas, tantaque liberalitas, ut nulla, qua consilia nostra promotum iri sentiebat, molestia gravari videretur.

Bekkerus illis, quae supra tetigi, Academiae Regiae mandatis diutius in Italia detinebatur; mihi vero cum Hollwegio reverso, postquam in Academiae consessu de itinere rettuli, Gaji Institutiones Fragmentumque de Iure Fiscii edendi munus injunctum est. Videbat sane Academia, rem ipsam impedimento esse, quominus haec Gaji editio omnibus numeris absolveretur. Perfecta enim editio repetitam requirit codicis XIII. collationem: de cujus fructu ideo potissimum optima spes concipienda est, quia illius infusi, quo ad instaur-

randos antiquae scripturae ductus codicem imbuimus, effectus temporis diuturnitate mirifice augetur; unde probabile est, multa, quae oculis percipere nobis nondum licuerit, nunc facili negotio posse agnosci. Ut tamen ex iterata tali codicis lectione plenissima capi possit utilitas, ea, quae parta jam tenemus, probe ante pertractentur necesse est: igitur vulganda erant. Denique si inventi thesauri commodis diutius privarentur antiquae jurisprudentiae cultores, vix ulla esse videbatur excusatio. Sapienter itaque Academia Scientiarum Regia, ut perfectior praepararetur editio, hanc curari jussit. Quam eatenus duplicem dicere possis, quatenus, quae nitidior charta expressa sunt, exemplaria adjuncta habent tabulas aeri incisas tres: hae praeter illas, quas Comitibus Bevilacqua Lazise industriae deberi dixi, Veronensium membranarum quasi imagines, litterarum praecipuarumque siglarum, quibus Gaji Institutiones scriptae sunt, effigiem, nec non Fragmenti de Iure Fisci bina exhibent specimina.

Iam vero et ipsarum membranarum, quae materiam praebuerunt huic editioni, et consilii, quod in adornanda ea secutus sum, ratio diligentius demonstranda est. Ac prius de

Gaï Institutionibus exponam; tum ad Fragmentum de Iure Fisci pergam.

Componitur itaque codex XIII. foliis 127, formae quadratae mediae. Inter folium primum et ultimum, quae neque inter se cohaerent, neque cum alio folio ullo, intermedii sunt foliorum fasciculi sedecim, quorum plerique, utpote constantes foliis duplicibus quaternis, quaterniones efficiunt¹². Praesens codicis contextum, litteris uncialibus a manu satis antiqua exaratum, ex S. Hieronymi scriptis, imprimis vero ex ipsius epistolis desum-

¹² Singulos foliorum fasciculos sequens demonstrat tabula; in qua foliorum inter se cohaerentium numeri interposita curva lineola copulantur.

1) II. ◊ IX. III. ◊ VIII. IV. ◊ VII. V. ◊ VI. 2) X. ◊ XVII. XI. ◊ XVI. XII. ◊ XV. XIII. ◊ XIV. 3) XVIII. ◊ XXV. XIX. ◊ XXIV. XX. ◊ XXIII. XXI. ◊ XXII. 4) XXVI. ◊ XXXIII. XXVII. ◊ XXXII. XXVIII. ◊ XXXI. XXIX. ◊ XXX. 5) XXXIV. ◊ XLI. XXXV. ◊ XL. XXXVI. ◊ XXXIX. XXXVII. ◊ XXXVIII. 6) XLII. ◊ XLIX. XLIII. ◊ XLVIII. XLIV. ◊ XLVII. XLV. ◊ XLVI. 7) L. ◊ LVII. LI. ◊ LVI. LII. ◊ LV. LIII. ◊ LIV. 8) LVIII. ◊ LXV. LIX. ◊ LX. ◊ LXIV. LXI. ◊ LXII. ◊ LXIII. 9) LXVI. ◊ LXXIII. LXVII. ◊ LXXII. LXVIII. ◊ LXXI. LXIX. ◊ LXX. 10) LXXIV. ◊ LXXXI. LXXV. ◊ LXXX. LXXVI. ◊ LXXX. LXXVII. ◊ LXXXVIII. 11) LXXXII. ◊ LXXXIX. LXXXIII. ◊ LXXXVIII. LXXXIV. ◊ LXXXVII. LXXXV. ◊ LXXXVI. 12) XC. ◊ XCV. XCI. ◊ XCIV. XCII. ◊ XCIII. XCVI. 13) XCVII. ◊ CIV. XCVIII. ◊ CIII. XCE. ◊ CII. C. ◊ CI. 14) CV. ◊ CXII. CVI. ◊ CXI. CVII. ◊ CX. CVIII. ◊ CIX. 15) CXIII. ◊ CX. CXIV. ◊ CXIX. CXV. ◊ CXVIII. CXVI. ◊ CXVII. 16) CXXI. ◊ CXXVI. CXXII. ◊ CXXV. CXXIII. ◊ CXXIV.

ptum est¹². Primo tamen ultimoque folio nec non foliis aversis XXXIX. et XLII. exceptis, cetera ubique antiquiorem praeterea produnt scripturam: quin in majore folii II. ejusque recti parte nulla plane recentior manus conspicitur, sed sola ibi inveniuntur antiquioris scripturae vestigia. Est igitur, ut supra monui, rescriptus codex. In quo illud magnopere dolendum est, eos, qui membranas ad rescribendum praepararint, non eo se continuisse, ut veterem scripturam abluendo delerent, sed in altera, fere cujusque folii pagina cultro, ut videtur, litteras erasisse: quod ubi factum est, ad veterem scripturam revocandam vel chemica saepe frustra adhibeas auxilia. Antiqua autem illa scriptura duplicis generis est. Al-

¹² In Bibliotheca Manuscripta Capitulari, quam not. 5. laudavi, ita describitur: „Membranas Divo Hieronymo sacras ingredimur, quae Veronensi editioni ansam praebuerunt. Hic quoque liber literis decoratur majoribus, quamvis non affabre depictis; spatium inter dictiones interlucet nullum: Graeca verba graecis pariterque majusculis characteribus effinguntur. — — — Sex et viginti habentur hic Hieronymi epistolae aliaeque insuper admixtae. Elenchus eadem manu praecit. *Adfessere, adflaverit, adsertor, adsequor, excusparantius, quas dragensimo* perpetuo scribitur. Tertio loca incipit ejusdem adversus Helvidium. Ipso initio editi *assertione, Ms. adsumptione*. In fine editi *maritatas, Ms. maritas*; deinde *tuk fore*, elegantius. Post *mater* haec adduntur verba in *Ms.*: *Recom novi Hieronymus Bethleem meum tractatum*; cum aliis fidem omnem elevantibus. In titulo epistolae nunc decimae ad Paulum senem *Ms.* non habet *Concordias*.” etc.

tera, litterarum uncialium, quibus constat, et antiquitate et elegantia insignis, per unversum codicem, quoad rescriptus est, extenditur: altera, supra antiquissimam, quam modo dixi, at infra novissimam codicis scripturam collocata, ipsa quoque uncialibus exarata litteris, talibus tamen, quae formae et antiquitate et elegantia minus conspicuae sint, sed ad novissimae scripturae similitudinem accedant, quartam fere implet codicis partem; una enim et sexaginta paginae¹³ integrae, duae¹⁴ ex parte, bis rescriptae sunt. Illud triplicis hujus scripturae commune est, quod eodem diriguntur unius cujusque lineae; unde saepissime altera alteram tegit: quin non raro ita in unum incidunt tres diversae lineae, ut vanus fere sit labor, quem in vetustissima scriptura extricanda impendas. Quod autem ad materiam scriptura comprehensam attinet, antiquissima quidem scriptura juridici, media vero similis atque novissima est argumenti; nam ipsa quoque ex S. Hieronymi operibus manavit: velut folio CXIV. recto pars epistolae ad Heliodorum de laude

¹³ Dico folia LX. LXII. — LXIX. LXXI. LXXIII. — LXXX. CXIII. — CXVII. CXIX. CXX. CXXIII. — CXXVI. nec non folium aversum LXXII. et folia recta LXXXI. et CXVIII.

¹⁴ Folia aversa LXXXI. et CXVIII.

vitae solitariae ¹⁵; foliis rectis LXXXI. et LXV. pars epistolae ad Pammachium et Oceanum de erroribus Origenis ¹⁶; et folio LXXV. initium libri adversus Helvidium continetur. Quod mirum sane videtur; rem tamen ita explicari posse puto: Membranae codice XIII. comprehensae, praeter primum et ultimum folium, antiquitus juridici argumenti volumine continebantur. Procedente vero tempore librarius aliquis, qui transcribendi quaedam S. Hieronymi scripta consilium ceperat, novarum atque integrarum membranarum copia destitutus, vetere illo libro potitus, membranas, quae nunc codicem XIII. efficiunt, ita tractavit, ut eas ad rescribendum redderet idoneas; deinde, quibusdam rescriptis, novum, quod molitus erat, opus imperfectum reliquit. Postea tamen de exarando S. Hieronymi exemplo iterum cogitatum est; adhibitaeque sunt praeter eas, quae ante vacuae relictae erant, codicis plagulas, rescriptae quoque, nunc recentiore, ut olim antiquiore, scriptura deleta: nam quae jam placebat novi libri ratio, ab ea fortasse, quae ante placuerat, differebat; denique prius illud,

¹⁵ Conf. Oper. ed. Io. Martianay. Tom. IV. Part. II. pag. 7.

¹⁶ Conf. cit. Oper. ed. Tom. IV. Part. II. pag. 343. 345. 346.

quod imperfectum manserat exemplum, alia manu scriptum erat. Quibus rebus omnibus genuinam foliorum seriem turbatam esse, ita, ut v. a. ex primo folio factum sit quinquagesimum, ex ultimo vero quadragesimum secundum, nemo sane erit, qui miretur. Quo etiam pertinet quorundam foliorum inversio: ea enim, praeterquam quod inversi ejusmodi folii posteriorem paginam in priorem translatae videntur, illud quoque interdum effectum est, ut ex cohaerentibus inter se foliis in praecedentis locum succederet sequens.¹⁷

¹⁷ Subjecta tabula eum, qui nunc est, foliorum ordinem cum genuina paginarum serie componit: ille numeris Romanis, haec Arabicis significatur; quam, ut obiter moneam, numerorum differentiam ubique servavi. Folia inversa asterisco notata sunt.

II. 39. 40. III. 113. 114. IV. 17. 18. V*. 107. 108. VI*. 97. 98. VII. 31. 32. VIII. 123. 124. IX. 41. 42. X. 161. 162. XI. 33. 34. XII. 99. 100. XIII. 115. 116. XIV. 121. 122. XV. 105. 106. XVI. 47. 48. XVII. 167. 168. XVIII. 171. 172. XIX. 95. 96. XX. 149. 150. XXI. 103. 104. XXII. 101. 102. XXIII. 147. 148. XXIV. 109. 110. XXV. 157. 158. XXVI. 165. 166. XXVII*. 3. 4. XXVIII. 61. 62. XXIX. 21. 22. XXX. 27. 28. XXXI. 51. 52. XXXII*. 13. 14. XXXIII. 163. 164. XXXIV. 177. 178. XXXV. 65. 66. XXXVI. 173. 174. XXXVII. 83. 84. XXXVIII. 89. 90. XXXIX. 187. 188. XL. 79. 80. XLI. 183. 184. XLII. 251. 252. XLIII*. 175. 176. XLIV. 207. 208. XLV*. 179. 180. XLVI*. 181. 182. XLVII. 213. 214. XLVIII*. 185. 186. XLIX. 237. 238. L. 1. 2. LI. 203. 204. LII. 189. 190. LIII. 9. 10. LIV. 7. 8. LV. 201. 202. LVI. 217. 218. LVII. 15. 16. LVIII*. 29. 30. LIX*. 93. 94. LX. 153. 154. LXI*. 139. 140. LXII*. 57. 58. LXIII. 55. 56. LXIV*. 143. 144. LXV*. 19. 20. LXVI. 205. 206. LXVII. 43. 44. LXVIII. 211. 212. LXIX. 81. 82. LXX. 91. 92. LXXI. 209. 210. LXXII. 37. 38. LXXIII. 215. 216. LXXIV. 245. 246. LXXV. 5. 6. LXXVI.

Gentini operis titulus in codice XIII. non reperitur; quin singulorum quibque librorum desiderantur inscriptiones, quamquam opus in libros divisum esse constat. In ipso enim opere talia occurrunt; *sequenti commentario refremus, superiore commentario tradidimus, primo commentario rettulimus.* Praeterea folia CXVII. (pag. 53. 54.) XXXIX. (pag. 187. 188.) et XLII. (pag. 251. 252.) ita comparata sunt, ut in uno quoque commentarii alicujus exitum contineri evidenter appareat; quinimo in folio XXXIX. recto (pag. 187.) haec leguntur: *lib. III explic.* (liber tertius explicit.), Vtteriorem etiam librorum in suos quosque titulos partitionem rubricae indicant sparsim appositae, quae plerumque numeros adjunctos habent, Illud tamen longe frequentissimum

127. 128. LXXVII*. 199. 200. LXXVIII*. 191. 192. LXXIX.
 137. 138. LXXX. 11. 12. LXXXI. 243. 244. LXXXII. 231.
 232. LXXXIII. 227. 228. LXXXIV. 49. 50. LXXXV. 69. 70.
 LXXXVI. 75. 76. LXXXVII. 63. 64. LXXXVIII. 225. 226.
 LXXXIX. 221. 222. XC. 73. 74. XCI. 141. 142. XCII. 239.
 240. XCIII. 249. 250. XCIV. 155. 156. XCV. 71. 72. XCVI*.
 195. 196. XCVII. 145. 146. XCVIII. 119. 120. XCIX. 77. 78.
 C. 111. 112. CI. 125. 126. CII. 67. 68. CIII. 117. 118. CIV.
 151. 152. CV. 223. 224. CVI. 129. 130. CVII. 193. 194.
 CVIII. 25. 26. CIX. 23. 24. CX. 197. 198. CXI. 135. 136.
 CXII. 229. 230. CXIII. 247. 248. CXIV. 45. 46. CXV. 159.
 160. CXVI*. 59. 60. CXVII*. 53. 54. CXVIII. 169. 170.
 CXIX. 35. 36. CXX. 241. 242. CXXI. 131. 132. CXXII. 233.
 234. CXXIII. 87. 88. CXXIV. 85. 86. CXXV. 219. 220.
 CXXVI. 133. 134.

est, quod, ubi nova incipit materia, vacua linea praecedit: quales quidem lineas eo consilio vacuas reliquisse videtur librarius, ut eas, opere aliquando cetera absoluto, rubricis diligentiore manu extarandis impleret. Proximus vero quisque post rubricam aliquam, sive jam insertam, sive adhuc inserendam, versus prominente in marginem initiali littera insignitur; quod tamen horum versuum non ita proprium est, quin in aliis quibusdam etiam observetur. Quidam denique articuli intervallis separantur, quae ejusdem versus finibus circumscribuntur. In totius autem alicujus articuli exitu unum, aliquando duo puncta posita inveniuntur: praeter hoc nullo omnino interpungendi genere usus est librarius; qui ne singula quidem verba intervallis distinxit, sed, ex antiquissimorum librariorum more, omnia uno tenore perscripsit. Litterarum quoque in versuum exitu ex syllabarum ratione recte dispescendarum ita non fuit sollicitus, ut non uno loco in binos versus distribuerit unius ejusdemque syllabae litteras ^{1º}. Singulae autem paginae versibus sive lineis circine, ut videtur, ordinatis constant vicenis quaternis,

^{1º} Velut in averso folio XI. (pag. 54.) inter lineas 16. et 17. ita partitum est verbum *iuris*, ut in lin. 16. sola posita sit littera *i*. Similis est haec verbi *ancilla* divisio: *anc-illa*, quam lineis 19. et 20. exhibet folium aversum CXIV. (pag. 46.)

praeter folium rectum XVII. (pag. 167.), in quo non nisi viginti tres apparent lineae, nec non folia recta CXVII. (pag. 54.) XXXIX. (pag. 187.) et XLII. (pag. 251.); haec enim cum singulorum, ad quos pertinent, librorum extremas exhibeant paginas, effectum inde est, ut ex dimidia fere parte vacua remanserint. Non ita perpetuus est litterarum unius versus numerus: sunt versus, qui paucas ultra triginta, sunt, qui ad quadraginta quinque litteras complectantur; medius tamen numerus est litterarum triginta novem. Iam quod ad litterarum magnitudinem attinet, admonendum est, primam quamque cujusque paginae litteram, licet in medio aliquo verbo collocatam, nec non unius cujusque articuli initialem litteram reliquis esse majorem. Ultimae contra versus litterae ceteris plerumque sunt minores. Rubricae autem modo solitae magnitudinis litteris, modo grandioribus, modo minoribus scriptae deprehenduntur¹⁹. Denique litterarum forma ei similis est, quae tum in Mediolanensi Frontonis, tum in Florentino Digestorum co-

¹⁹ Velut rubricae, quam folii XC. recti (pag. 73.) linea 7. exhibet, litterae a ceteris nihil differunt. At in folii C. aversi (pag. 112.) linea 2. grandioribus litteris usus est librarius. Qui tamen, quas in folio XXVII. (pag. 5. 4.) posuit rubricas, minutissimis litteris expressit.

dice animadvertitur; ita tamen, ut nostri codicis scriptura Florentinam venustate praestare videatur. Magna praeterea Veronensis et Florentini codicis differentia haec est, quod in illo frequentissimus, in hoc rarissimus est siglarum usus.

Haec de codice XIII. Fragmentum autem de praescriptionum et interdictorum jure membrana continetur ejusdem plane, quae in illo codice observatur, formae atque figurae; idem porro versuum unius paginae numerus; idem scripturae genus. Quae sane sufficere possint, ut quis Savinii de hoc fragmento conjecturam probabilem arbitretur. Sed jam non opus est, ut conjectura utamur; certa res est atque expedita. Nam extrema fragmenti verba, quibus de interdicto Quorum bonorum agitur, haec sunt: „eiusque vis et potestas haec est, ut quod quisque ex his bonis, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore”. Ad eandem autem materiam pertinet codicis XIII. folium XLIX. (pag. 237.), in cujus principio leguntur haec: „possideat, id ei, cui bonorum possessio data est, restituatur. pro herede autem possidere videtur” etc. Vnde evidenter apparet, fragmentum de praescriptionum et interdictorum jure iis membranis, quae codice XIII. con-

·tinentur, olim ita junctum fuisse, ut praecederet folium XLIX.

Sed jam in medium proferenda sunt argumenta, quibus evincatur, harum, quas modo significavi, membranarum contextum ex genuinis Gaji Institutionibus depromptum esse. Quo loco primum commemorandus est membranarum istarum et Iustinianearum Institutionum, quas ex Gaji potissimum Institutionibus haustas esse soimus, consensus insignis quidem, neque tamen tantus, ut in ipsarum Iustinianearum Institutionum exemplum nos incidisse putemus: imo membranae antiqui juris praecipis, a Iustiniano jure alienis, eamque ob causam in Iustiniani Institutionibus omissis refertissimae sunt. Alterum prolatae sententiae praesidium epitome praebet, in quam Gaji Institutiones a Breviarii Alariciani concinnatibus coactae sunt: quam qui cum codice XIII. contulerit, fontem se reperisse, e quo illa manaverit, non dubitabit. Tertium vero idque omnium longe gravissimum argumentum, eorum locorum, quos ex ipsis genuinis Gaji Institutionibus in Digestis et Mosaicarum et Romanarum Legum Collatione, nec non apud Boethium et Priscianum reliquos habemus, cum codice XIII. comparatione absolvitur.

Nam omnes fere hos locos etiam in codice XIII. extare deprehendimus. Quod ut apertius cognoscatur, singuli loci recensendi sunt.

I. Loci ex primo libro.

A. Mancipationis descriptionem, quam Commentariorum in Topica Ciceronis Lib. III. servavit Boethius, exhibet codicis fol. VII. recte (pag. 31.)

B. Eodem codicis loco comprehenduntur verba haec: „qui libram aeneam teneat” etc., quae a Prisciano in fine Lib. VI. allegantur. Sed et altera illa, apud Priscianum verba: „adhibitis non minus” etc. codex exhibet. Vid. fol. LVIII. avers. (pag. 29.)

C. Denique in codice reperiuntur Digestorum loci hi:

L. 9. de justitia et jure. Vid. cod. fol. L. rect. (pag. 1.)

L. 1. de statu hominum. Vid. cod. folia aversa L. et XXVII. (pag. 2. 3.)

L. 3. eod. Vid. cod. fol. XXVII. avers. (pag. 3.)

L. 6. eod. Vid. cod. fol. cit.

L. 17. de his, qui sui, vel alieni juris sunt. Vid. cod. fol. XXXII. (pag. 13. 14.)

L. 8. eod. Vid. cod. fol. XXXII. recte (pag. 14.)

L. 2. de adoptionibus. Vid. cod. fol. CVIII. avers. et fol. XXX. rect. (pag. 26. 27.)

L. 7. de legitimis tutoribus. Vid. cod. fol. IX. avers. et fol. LXVII. rect. (pag. 42. 43.)

II. Loci ex secundo libro.

A. Articulus de in jure cessione, qui apud Boethium loc. cit. legitur, extat in codicis fol. CXVI. avers. (pag. 59.)

B. Continentur praeterea codice:

L. 37. de usurpationibus. Vid. cod. fol. XXXV. avers. (pag. 66.)

L. 10. de acquirendo rerum dominio. Vid. cod. fol. XC. avers. et fol. LXXXVI. (pag. 74 — 76.)

L. 4. qui testamenta facere possunt. Vid. cod. fol. LXIX. avers. (pag. 82.)

III. Loci ex tertio libro.

A. Capitis de legitimis successioneibus, quod extat in Mosaicarum et Romanarum Legum Collatione, Tit. XVI., §. 2., partem posteriorem eamque majorem exhibent codicis fol. LXXVI. et CVI. (pag. 127 — 130.)

B. L. 2. de obligationibus et actionibus in codice fol. XXXIII. (pag. 163. 164.) legitur.

Reliqui loci, quos in hoc indice ex industria praetermissi, quia de iis singularia quaedam admonenda habeo, sunt hi:

I. ex primo libro L. 28. de adoptionibus. Hunc locum codicis fol. **CXIX.** avers. (pag. 36.) contineri; eorum, quae praecedunt, quaeque sequuntur, ratione perpensa, pro certo affirmare ausim: in extricandis tamen hujus folii ductibus operam perdidimus.

II. ex secundo libro

A. L. 1. de divisione rerum. Hujus loci vestigia reperiuntur in codicis fol. **LXIII.** et **LXII.** (pag. 55 — 57.): integrum legereimus, nisi pessima esset praesens horum foliorum condicio.

B. L. 13. de injusto, rupto, irrito facto testamento. Hac trahendum est codicis fol. **CXXIII.** (pag. 87. 88.) nunc ita sane comparatum, ut, quae in eo scripta fuerint, magnam partem legi non possint: quod olim tamen locum nostrum exhibuisse ex materia filo intelligitur, singulisque quibusdam litteris, quas in prima aversi folii linea agnoscere licuit, comprobatur.

III. ex tertio libro ejus articuli, quem in *Mosaicarum et Romanarum Legum Collatione* extare dixi, pars prior eaque minor. Hanc a codice abesse constat; unde eam in deperdito aliquo folio collocatam fuisse necesse est.

Quae cum ita sint, nulla reliqua esse po-

test dubitatio, quin membranis nostris genuinae Gaji Institutiones contineantur; neque tamen illae integrae, ut ex eo, quod proxime monui, apparet. Vnde nunc diligenter inquirendum est, quanta gennini codicis pars pro deperdita habenda sit.

In quo illud ante omnia considerandum erit, an totius operis initium habeamus et finem. Primum autem earum, quae nunc sunt, plagularum locum olim obtinuit folium L. rectum. In huius principio, praemisso numero I., rubrica posita est, quam ita interpretor: De jure gentium et civili. Vnde, licet rubricas, quae in codice XIII. inveniuntur, a Gajo ipso perfectas esse valde dubitem, illud tamen colligo, librarium in eo, quod transcribendum, sibi sumpserat, exemplo nihil quicquam reperisse, quod anterioris alicujus rubricae ansam dare posset. Itaque titulum quidem desiderari, ipsius tamen operis principium folio L. comprehendi mihi persuadeo. Nam si quis forte inde petat dubitandi materiam, quod in Iustiniani Institutionibus titulo de jure gentium et civili praemittitur titulus de justitia et jure, hoc habeo, quod reponam: in primo hoc titulo non Gajum, sed Vlpianum secutos

esse Iustitianearum Institutionum auctores²⁰. Quod autem ad operis finem attinet, omnium quae codex XIII. complectitur, foliorum ultimum olim fuit folium XLII.: idque ita comparatum est, ut in sola superiore prioris paginae parte scriptura aliqua appareat; nam quae in inferiore ejus paginae parte pinxit librarius, non litterae sunt, sed id ductuum genus, quod in extremo aliquo opere ponere solent librarii. Accedit, quod materia quoque indicat, iis, quae in hoc folio scripta sunt, opus absolvi. Unde non principium modo, sed etiam finem operis codici XIII. inesse puto. Nunc autem nova illa quaestio oritur, quantum eorum, quae intermedia olim fuerint, reliquum esse dicendum sit. Quam, accurate perpensis tum argumentorum et verborum nexu, tum plagularum inter se cohaerentia, tum numerorum in quibusdam foliis conspicuorum, primitivos quaterniones indicantium, ratione, Hollwegius ut ingeniosissima, ita verissima sententia expedivit. Primitivum enim codicem, aequè atque eum qui nunc est, sedecim geminorum foliorum fasciculis compositum fuisse statuit; ita tamen, ut quindecim priores

²⁰ Conf. pr. et §. §. 1. 3. 4. l. de iustitia et jure sum l. 10. et l. 1. §. 2. cod.

quaterniones essent, ultimus vero comprehenderet gemina folia quinque. Postero autem tempore, cum codex male haberi inciperet, gemina quaedam folia altera sua parte truncata sunt: unde evenit, ut jam sexti nec non noni quaternionis primum, decimi tertii autem quartum folium desideretur. Abest praeterea decimi sexti fasciculi folium decimum, quod tamen non est cur doleamus: cum enim in praecedente folio, nunc XLII., opus absolutum esse appareat, deperditum illud folium a scriptura vacuum fuisse recte colligitur. Itaque ad integrum Gaji Institutionum codicem non ultra tria folia desiderari dicendum est. Quae omnia subjecta illustrabit fascieulorum tabula; de qua tamen praemonenda habeo haec: signo + eos notavi plagularum fasciculos, quorum numerum in primo cujusque folio adhuc extare animadvertimus; cohaerentia inter se folia hac lineola ~~, deperdita ita significavi o; numeri Romani ad eum foliorum ordinem, qui nunc est, Arabici ad primitivam paginarum, quae supersunt, seriem referendi sunt. (Conf. not. 11. et 17.)

PRAEFATIO.

XXXV

| | | | | | |
|--------|---|---------|---------|---|---------|
| 1. 2. | — | LVI. | 2. IV. | — | VII. |
| 3. 4. | — | 15. 16. | 17. 18. | — | 31. 32. |
| XXVII. | — | XXXII. | LXV. | — | LVIII. |
| 5. 6. | — | 13. 14. | 19. 20. | — | 29. 30. |
| LXXV. | — | LXXX. | XXIX. | — | XXX. |
| 6. 6. | — | 11. 12. | 21. 22. | — | 27. 28. |
| LIV. | — | LIII. | CIX. | — | CVIII. |
| 7. 8. | — | 9. 10. | 23. 24. | — | 25. 26. |

| | | | | | |
|---------|---|---------|-------------|---|----------|
| 3. XI. | — | XVI. | +4. LXXXIV. | — | LXXXVII. |
| 35. 34. | — | 47. 48. | 49. 50. | — | 53. 54. |
| CXIX. | — | CXIV. | XXXI. | — | XXVIII. |
| 35. 35. | — | 45. 46. | 51. 52. | — | 51. 52. |
| LXXII. | — | LXVII. | CXVII. | — | CXVI. |
| 57. 38. | — | 43. 44. | 53. 54. | — | 59. 60. |
| II. | — | IX. | LXIII. | — | LXII. |
| 59. 40. | — | 41. 42. | 55. 56. | — | 57. 58. |

| | | | | | |
|-----------|---|---------|---------|---|----------|
| +5. XXXV. | — | XL. | 6. 0 | — | LIX. |
| 65. 66. | — | 79. 80. | 1 | — | 93. 94. |
| CII. | — | XCIX. | LXIX. | — | LXX. |
| 67. 68. | — | 77. 78. | 81. 82. | — | 91. 92. |
| LXXXV. | — | LXXXVI. | XXXVII. | — | XXXVIII. |
| 69. 70. | — | 75. 76. | 83. 84. | — | 89. 90. |
| XCV. | — | XC. | CXXIV. | — | CXXIII. |
| 71. 72. | — | 73. 74. | 85. 86. | — | 87. 88. |

| | | | | | |
|-----------|---|-----------|-----------|---|-----------|
| +7. XIX. | — | XXIV. | +8. C. | — | CI. |
| 95. 96. | — | 109. 110. | 111. 112. | — | 125. 126. |
| VI. | — | V. | III. | — | VIII. |
| 97. 98. | — | 107. 108. | 113. 114. | — | 123. 124. |
| XII. | — | XV. | XIII. | — | XIV. |
| 99. 100. | — | 105. 106. | 115. 116. | — | 121. 122. |
| XXII. | — | XXI. | CHI. | — | XCVIII. |
| 101. 102. | — | 103. 104. | 117. 118. | — | 119. 120. |

| | | | |
|-----------|-----------|-------------------------------|-----------|
| 9: 0 | LXI. | 10. XCI. | XCIV. |
| | 139. 140. | 141. 142. | 155. 156. |
| LXXVI. | LXXIX. | LXIV. | LX. |
| 127. 128. | 137. 138. | 143. 144. | 153. 154. |
| CVI. | CXI. | XCVII. | CV. |
| 129. 130. | 135. 136. | 145. 146. | 151. 152. |
| CXXI. | CXXVI. | XXIII. | XX. |
| 131. 132. | 133. 134. | 147. 148. | 149. 150. |
| 11. XXV. | XVIII. | 12. XXXVI. | XXXIX. |
| 157. 158. | 171. 172. | 173. 174. | 187. 188. |
| CXV. | CXVIII. | XLIII. | XLVIII. |
| 159. 160. | 169. 170. | 175. 176. | 185. 186. |
| X. | XVII. | XXXIV. | XLI. |
| 161. 162. | 167. 168. | 177. 178. | 183. 184. |
| XXXIII. | XXVI. | XLV. | XLVI. |
| 163. 164. | 166. 166. | 179. 180. | 181. 182. |
| 13. LII. | LV. | 14. LI. | LVI. |
| 189. 190. | 201. 202. | 203. 204. | 217. 218. |
| LXXVIII. | LXXVII. | LXVI. | LXXIII. |
| 191. 192. | 199. 200. | 205. 206. | 215. 216. |
| CVII. | CX. | XLIV. | XLVII. |
| 193. 194. | 197. 198. | 207. 208. | 213. 214. |
| 0 | XCVI. | LXXI. | LXVIII. |
| | 195. 196. | 209. 210. | 211. 212. |
| 15. CXXV. | CXXII. | †16. Fragm. de prae- | |
| 219. 220. | 233. 234. | scr. et interd. ²¹ | 0 |
| | | 235. 236. | |
| LXXXIX. | LXXXII. | XLIX. | XLII. |
| 221. 222. | 231. 232. | 237. 238. | 251. 252. |
| CV. | CXII. | XCII. | XCIII. |
| 223. 224. | 229. 230. | 239. 240. | 249. 250. |
| LXXXVIII. | LXXXIII. | CXX. | CXIII. |
| 225. 226. | 227. 228. | 241. 242. | 247. 248. |
| | | LXXXI. | LXXIV. |
| | | 243. 244. | 245. 246. |

²¹ Conf. Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft. Tom. III. pag. 131. (Bevilacqua Lazise) Notizia d'alcuni Fram-

Restat, ut de primitivi codicis aetate verbo dicam. Significaverat jam Niebuhrius, se Iustiniani temporibus eum antiquiorem arbitrari. Quod tamen cum a quibusdam in dubium vocari viderem, a Celeberrimo Koppio, qui nostro aevo inter rei diplomaticae peritos principem locum occupat, quae sua hac de re esset, sententia percontatus sum. Atque is Niebuhrio assensus est, motus primum litterarum forma et siglarum indole atque frequentia; deinde eo, quod, ut supra monui, initialis cujusque paginae littera, licet in medio aliquo verbo collocata, reliquis major esseprehenditur; denique ipso codicis contexto: nam post latas Iustinianaeas leges quemquam adhuc de novo Gaji Institutionum exemplo comparando cogitasse, minus probabile esse arbitratur. Quae omnia cum diligentius proprio commentario persecutus sit ipse doctissimus Koppius²², rem hoc loco summo digito tetigisse sufficiat.

Dixi de ipso Gaji codice. Editionis autem propositum in univsum quidem hoc fuit, ut liber non tantum doctorum virorum expecta-

menti, pag. 11. Ibi huic folio tribuitur numerus *xxii*; accuratior tamen inspectio numerum talem esse docuit *ccxi*

²² Vid. Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissenschaft. Tom. IV, pag. 473. sq.

tioni satisfaceret hisque instrueretur subsidiis, quae critica ratio postulare videretur, sed ut studiosorum quoque adolescentium et praefectionum usui accommodaretur. Ut tamen singula quaeque accuratius exponam, partitionum, quas adhibui, imprimis vero ejus, quae univcrsum opus in quattuor libros sive commentarios, sic enim ipse Gajus loquitur, disposui, ante omnia ratio reddenda est. Itaque ejus commentarii, quem pag. 113. lin. 6. 7. pag. 129. lin. 24. et pag. 150. lin. 1. *primum* vocat Gajus, ultimam paginam esse quinquagesimam quartam, tum ex eo, quod a scriptura vacat posterior ejus pars, tum vero inde apparet, quod in ea absolvitur jus personarum. Nam in pagina 55. de rebus disputat Gajus, estque hujus paginae exordium ejus, quod Alaricianae epitomes liber secundus exhibet, similitudin: unde hanc paginam earum, quae secundum commentarium efficiunt, primam esse constat. Hujus autem commentarii, qui pag. 135. lin. 1. *superior* dicitur, finem continet pag. 126., qua materia de legatis et fideicommissis absolvitur. Quae enim sequuntur, ad tractatum de hereditatibus, quae ab intestato defruntur, pertinent, quem a Gajo in tertio commentario collocatum fuisse testis est Mo-

saccarum et Romanarum Legum Collatio. Hactenus igitur eadem in Gaji Institutionibus apparet librorum dispositio, quam in Iustinianicis Institutionibus deprehendimus: at extremum tertii commentarii caput non, ut in Iustinianicis Institutionibus, est caput de modis tollendae obligationis, sed caput de iniuriis; ita ut tota illa disputatio de obligationibus ex delicto, quam Iustinianearum Institutionum concinnatores in quarti libri principio posuerunt, apud Gajum nostram ad tertii commentarii tenorem accedat: idque probatur pagina 187., ubi post absolutum articulum de iniuriis haec adiecit librarius: *lib. III explic. (Conf. supra pag. xxiv.)* Quodsi tertium librum claudit pagina 187., cum vacua sit pagina 188., a pagina 189. quartus commentarius incipiat, necesse est; in quo de illo jure agitur, quod ad actiones pertinet; quemque pag. 176. lin. 1. *sequentis* vocabulo Gajus demonstrat. Tantum de libris. Sed reliquas quoque illas, singulorum articulorum, distinctiones, quae in codice inveniuntur, rubricas puta et quae sunt id genus alia, suis quibusque locis significavi: in quo illud admonendum est, me prominentes codicis versus repetitis in interiore margine litteris initialibus, vacua autem illa spatiosa, quibus aliquando in-

ter se separari dixi unius ejusdemque versus articulos, in annotationibus indicasse. Quae tamen distinctiones nulla solida ratione niti videntur. Velut pag. 3. lin. 16., ubi obiter peregrinos dediticios tangit Gajus, propria praemittitur rubrica: „De peregrinis dediticiis.” In universum autem in primis paginis ultra modum cumulas cernimus rubricas; cum in aliis operis partibus, ubi vel maxime necessaria erat articulorum distinctio, nulla omnino reperitur adhibita. Cujus rei exempla habes pag. 151. lin. 6., ubi de obligationibus re contractis, pag. 151. lin. 24., ubi de verborum obligationibus, pag. 163. lin. 21., ubi de obligationibus, quae consensu fiunt, et pag. 172. lin. 14., ubi de modis tollendae obligationis incipit disputatio. Vnde, ut supra significavi, vereor, ut Gajo ipsi acceptae ferendae sint rubricae, quos in codice deprehendimus. Vt autem insigne aliquod perversae distinctionis exemplum afferam: folii de praescriptionibus et interdictis pagina prior (235.) in media lineae 6. parte positum est verbum *subiectae*, idque ejus lineae ultimum est; linea 7. autem a verbo *sunt*, quod ad praecedens illud *subiectae* pertinet, incipit, in marginem prominente littera *s*, quae prae reliquis magnitudine

quoque conspicua est. Itaque omnes istas distinctiones accurate quidem indicandas, novae tamen partitioni, quae sibi ipsa magis constaret, atque faciliorem ad intelligendum redderet argumentorum inter se nexum, postponendas duxi. Cum autem nova titulorum descriptio magnam adjunctam haberet et difficultatem et dubitationem, in eo substiti primum, ut argumentorum summas in suprema paginarum parte adscriberem²³; deinde ut singulos commentarios suis distinguerem paragraphis, hasque si similis essent argumenti, continua, si diversi, interrupta serie exhiberem²⁴. Quo pacto allegandi etiam commoditatem adjuvari arbitror. Si cui tamen in allegandis Gaji Institutionibus minus conveniat, editi libri de-

²³ In his inscriptionibus, ne qua forte ex minus usitato scripturae compendio oriretur haesitatio, singulos commentarios non hoc compendio: *Comm.*, sed solito illo: *Lib.* significavi.

²⁴ In iis locis, qui lacunis laborant, hanc observandam duxi regulam, ut novae paragraphi signum posteriore potius, quam priore loco ponerem; unde effectum est, ut quaedam paragraphi a media aliqua periodo incipiant. Conf. v. c. Commentarii I. §. §. 53. 54. et Commentarii IV. §. 172. Majorum autem lacunarum quaedam ita comparatae sunt, ut eas novi alicujus articuli principium, cujus tamen proprius locus definiiri nequeat, comprehendere palam sit. Quod ubi animadverti, ab ipso lacunae initio novum, inchoavi versum, nullo tamen, praeterquam post paginam 194., a margine spatio interjecto. Conf. pag. 5. 53. 57. 81. 92. 246. et ad pag. 194. not. 42.

monstrare paragraphos, capiatque ipsius codicis significare paginas versusque, hujus quoque rei habebit potestatem. Exterior enim libri margo Arabicis numeris genuinam paginarum, quae adhuc extant, seriem, Romanis eum, qui nunc est, foliorum ordinem indicat, additisque ad numeros Romanos nunc littera *a*, nunc littera *b*, quae sit recta quaeque aversa cujusque folii pars demonstrat²⁵. Singularum porro paginarum versus in ipso contexto perpendicularis lineolis separantur, numero praeterea ad quartum quemque versum in interiore margine apposito: paginae autem cujusque principium binis perpendicularis lineolis praemissis conspicuum est.

Sequitur, ut de grammatica ratione dicam. In quo genere me per omnia fere ad codicis exemplum conformavi²⁶; nisi quod in scribendis quibusdam verbis a codice recedendum putavi. Cujus quidem instituti causas diligen-

²⁵ Folia bis rescripta adjectis praeterea litteris *b. r.* a reliquis discernuntur.

²⁶ Velut verbi *poneo* et passivam et activam formam, quae utraque in codice reperitur, servavi. — De voce *proinde* in transcurso moneo, ea saepissime librarium pro *perinde* usum esse; cujus usus multa sane apud veteres auctores extant exempla: ubi tamen dubia fuit codicis lectio, quod inter nosci non posset, utrum *pinde* (*proinde*), an *pinde* (*perinde*) scripsisset librarium, constanter posui *perinde*.

tius exspectare longum est, neque, quantum vi-
 deo, necessarium; singula quaeque, in quibus
 codicis scripturam vel retinui, vel deserti, in-
 dicasse sufficiet. Itaque ad codicis fidem scripsi:
 praegnas et praegnans, utramque enim formam
 librarius exhibuit, quem in aliis quoque voca-
 bulis variam fuisse, ex sequentibus apparebit;
 cottidianus; condicio; conuicium; cessicius, de-
 diuicius; gentilicius; transcripticius; reducere;
 eis et iis; cena²⁷; eriscere et heriscere; pre-
 hendere et prendere; diminutus, diminutio
 et deminuere, deminutus, deminutio²⁸; colo-
 niarius; ciuitatum, parentum et parentum;
 querella; nummus; quicumque; tantumdem;
 unquam, nunquam; quandam, quarundam²⁹;
 anulus; conubium; nactus et nactus; quotiens,
 totiens; uolgo et uulgo; exsequi et exequi;
 extare, extinguere; capio et captio; coartare;
 nuntiare, denuntiare, pronuntiare, renuntiare,
 denuntiatio, internuntius; rettuli; apud et apud;

²⁷ Pag. 179, lin. 10, 11. *cen|dam* exhibet, pro *cen|am*.

²⁸ Posteriorem scripturam praetuli, quoties haec verba a librario sigla *d* expressa esse intelligerem; exceptis tamen pag. 47, lin. 3, et pag. 168, lin. 21., ubi propter verborum diminutus et diminutione in codice cum littera *i* scriptorum vicinitatem, siglas *kd* et *k, d* ita explicavi: capite diminuto, capitis diminutio.

²⁹ Verbum *dumtaxat* sive *duntaxat* integris litteris scriptum in codice non inuenitur; sed ubique significatur sigla *dt.*, pro qua posui *duntaxat*.

sed et *set*³⁰; -*umus*, -*ume* et -*imus*, -*ime* in superlativorum terminationibus; *opstitit*; *optinere*, *optuli*; *summouere*; *supponere*; *subripere* et *surripere*; *accedere*, *accessio*, *accidere*, *accipere*, *acceptilatio*, *accommodare*, *ad Crescere* et *accrescere*; *adfectus* et *affectus*, *adferre*, *ad finitas*, *adfirmare*; *adquirere*; *adrogare*, *adrogatio*; *adsectari*, *adsequi*, *adsertor*, *ad simulare*; *attinere*; *inmerito*, *inmiscere*; *inpedimentum* et *impedimentum*, *inpedire*, *inpendere* et *inpendere*, *inpena* et *impensa*, *imperitia*, *implere* et *implere*, *inponere* et *imponere*, *impossibilis*, *inprimis*, *inprobare*; *inpubes* et *impubes*, *inpune*; *inritum*, *inrogare*. E contrario constanter scripsi: *quidquid*; *intelligere*; *epistula*; *litterae* et consequenter *oblitteratus*; *tamquam*; *extiti* (ab *existo*); *imperium*; *auctor*, *auctoritas*: licet in codice diversae scripturae exempla extent haec: pag. 118. lin. 10. *quicquid*; pag. 3. lin. 22. *intelligemus*; pag. 161. lin. 2. *epistola*³¹; pag. 28. lin. 16. *obliteratum*; pag. 27.

³⁰ In codice frequentiora sunt *apus* et *sed*: hanc itaque scripturam in siglis interpretandis secutus sum.

³¹ Neque tamen pro certo affirmare ausim, librarium locis allegatis scripsisse: *quicquid*, *intelligemus*, *epistola*; quamquam schedae nostrae, quo nomine illud, quod e codice transcripsimus, exemplum significo, istas scripturas exhibent: nam delendo atque superscribendo fieri potuit, ut litterae *d*, *e*, *u* mutarentur in speciem litterarum *c*, *i*, *o*.

lin. 23. tanquam³²; pag. 175. lin. 1. exstiterit; pag. 26. lin. 10. inperio³³; quo et illud pertinet, quod librarius voces *auctorem* et *auctoritatem* pag. 51. lin. 20. et lin. 1. hoc compendio: *aut* demonstravit. Simili ratione ubique posui: *fideicommissum*; *fideiussor*, *fidepromissor*; *habeo*, *hac*, *haec*, *his*, *heres*, *exheredatus*, *homicida*, *honoratus*, *schola*, *Stichus*, *theatrum*; *aditus*, *auctoritas*, *esto*, *is*, *ii*, *iis*, *iisdem*, *exitus*; *mille* etc.; *sollemnis*; *quattuor*: *quamvis* ista verba in codice aliquoties ita scripta sunt: *fidecommissum*; *fideiussor*, *fideipromissor*; *abeo*, *ac*, *aec*, *is*, *eres*, *exeredatus*, *omicida*, *onoratus*, *scola*, *sticus*, *teatrum*; *haditus*, *hauctoritas*, *hesto*, *his*, *hii*, *hiis*, *hisdem*³⁴, *exhitus*; *mille* etc.; *solemnis*; *quatuor*. De *iis* autem verbis, quae componuntur cum praepositione *ad*, praeter ea, quae supra significavi, annotanda sunt haec: Pag. 70. lin. 16. 17. 21. *alluionem* scripsi, licet lin. 21. in codice scriptum sit *adluionem*. Neque eo, quod in codice aliquoties occurrunt *adgnatus* et *adgnatio*,

³² Schedae: *tanqua*

³³ Schedae: *inperi*

³⁴ Extat *his* pro *is* pag. 7. lin. 8. 12. pag. 109. lin. 22. pag. 111. lin. 15. pag. 224. lin. 22.; *hii* pro *ii* pag. 17. lin. 12. pag. 39. lin. 5.; *hiis* pro *iis* pag. 13. lin. 16. pag. 20. lin. 26.; *hisdem* pro *iisdem* pag. 23. lin. 16.

quodque apprehendere et adprobare, quin semel etiam adpellare (pag. 158. lin. 17.) et adparere (pag. 145. lin. 41.) scripsit librarius, motus sum, ut a solita codicis scriptura recederem: quam secutus constanter scripsi agnatus et agnatio, item *app.* pro *adp.* Similiter in verbis cum voce *con* compositis illud magis observasse videtur librarius, ut sequenti litterae assimilaret litteram *n*, quod imprimis fecit sequentibus litteris *m* vel *r*, nam pro *comm.* et *corr.* ubique scripsit *comn.* et *corr.*: igitur in hac quoque specie frequentiore codicis scripturam amplexus sum. Neque quod in codice saepissime confunduntur *ae* et *e*³⁵,

³⁵ Velut pro quaerere codex frequenter exhibet querere; v. c. pag. 47. lin. 9. pag. 50. lin. 1. pag. 72. lin. 13. Occurrunt etiam: pag. 51. lin. 1. et pag. 168. lin. 1. sepe pro saepe; pag. 98. lin. 24. equis pro aequis; et pag. 167. lin. 21. *ec* pro aequum. Scripsit porro saepenumero librarius: *es* (pro *ass*); estimare, estimatio; grecus etc. Imprimis vero in nominum atque pronominum terminationibus pro *ae* subinde posuit *e*; velut: pag. 16. lin. 6. filie pro filiae; pag. 31. lin. 16. libera pro liberae; pag. 68. lin. 10. nostre pro nostrae. Illud omnium frequentissimum est, ut relativum quae scriptum sit quae: exempla exhibent pag. 15. lin. 14. 16. et pag. 42. lin. 19. Scripsit etiam librarius pag. 90. lin. 17. celibatum, cum tamen pag. 80. lin. 22. scripsisset caelibes; item pag. 154. lin. 13. celum, et pag. 97. lin. 4. penitentia. Ego posui: caelibatum, caelum, et ex Manutii auctoritate paenitentia. Conf. Manutii Orthographia, in voce *paenitet*. — E diverso librarius non raro scripsit *ae*, ubi scriptum oportebat *e*; velut: pag. 183. lin. 17. aequorum pro equorum; pag. 179. lin. 12. acc. pro equum; pag. 41. lin. 4. neptibusquae pro neptibusque etc.

b et *u*³⁵, *d* et *t*³⁷, et aliquoties etiam *b* et *p*³⁸, *e* et *q*³⁹, *q* et *u*⁴⁰, *o* et *e*⁴¹, *r* et *f*⁴²,

Qua scribendi ratione maxime usus est tum in adverbiorum terminationibus, scribendo v. c. pag. 63. lin. 5. proxime, pro proximo, tum in voce *proprietas*, quam plerumque sic exhibuit: *proprietas*. Pro *saeneratores*, pag. 196. lin. 13., posuit *lenatores*.

³⁶ Codex saepissime exhibet: *devere*, *deuitor*; *hauere*; *prozare*; *liueri*, *liuertus* etc.; *sizi*; *ueruum*; *uona* etc. — Sed nec contraria desunt exempla. Frequentia enim sunt *serbus* et *adiugare*. Occurrunt etiam: *bidere*; *biuus*; *olibetum*; *salbus*; *libe*; *badimonium*; *bitium* etc. Pag. 181. lin. 4. pro *bonas* extat *uobes*.

³⁷ Librarius littera *t* loco litterae *d* ita frequenter usus est, ut aliud et illud saepius scriptum videatur, quam aliud et illud. Saepenumero quoque pro *ad* posuit *at*, idque imprimis fecit in uocibus *adhibere* et *adhuc*. Rarius occurrunt *it* et *quit* pro *id* et *quid*. — Contra vero saepe quidem codex exhibet *ad*, ubi scribendum erat *at*; reliqua tamen, quae sunt ejusdem generis, eo redeunt, ut pag. 173. lin. 14. scriptum sit *ed* pro *et*, et pag. 50. lin. 2. et 10. *quod* pro *quot*.

³⁸ Pag. 66. lin. 16. *inpropata*, et pag. 95. lin. 13. *apstiniendi* exhibet. — Versa vice in codice pro scriptus non raro inuenitur scribitus; v. c. pag. 96. lin. 6. pag. 98. lin. 15. pag. 100. lin. 12. : et pag. 49. lin. 14. uocem *plebis* hoc compendio: *bl.* expressit librarius.

³⁹ Pertinent huc: pag. 121. lin. 21. *aliqui* pro *alicui*; pag. 23. lin. 6. *quius*; et pag. 225. lin. 7. *supervagua*. — E contrario pag. 170. lin. 9. *cui* pro *qui* legitur. Aliquoties etiam *inicum*, *relincuntur*, *secuntur* scripsit librarius: item pro *aequum* pag. 50. lin. 21. et pag. 127. lin. 9. *aecum*, nec non pag. 167. lin. 21. *ec* posuit. Occurrit quoque pag. 179. lin. 12. *aec.* pro *equum*. Conf. supra not. 35.

⁴⁰ Pag. 32. lin. 6. pro *dipondii* habet *dipundi*. — At pag. 51. lin. 16. *locoples*, pag. 123. lin. 7. *intestatos*, pag. 183. lin. 11. *occisos*, pag. 94. lin. 8. *anos* legitur, pro *locuples*, *intestatus* etc.

⁴¹ Codex pag. 186. lin. 20. pro *penae* habet *pena*.

⁴² Pag. 13. lin. 13. *fusia* pro *furia* legitur. Idem uocabulum pag. 39. lin. 11. hoc compendio: *fuf.* significavit librarius.

id mihi imitandum duxi; sed receptam scribendi formam, plerumque ab ipso quoque librario magis frequentatam, usurpavi. In quibusdam autem codicis scripturam omnino deserui: Nam vocabula ex praepositionibus *ad*, *in*, *ob*, *sub* et verbo *jacere* composita, a librario more antiquo semper sic scripta: *adicere*, *inicere*, *obicere*, *subicere*, ne ambiguitati locus daretur, ubique adjecta consonante *i* exhibui: *adiicere*, *iniicere* etc. Praeterea pag. 183. lin. 22. *claudum* posui pro *clodum*; pag. 71. lin. 18. et 20. *chartulis* pro *cartulis*; pag. 58. lin. 8. *elephantes* pro *elefantes*⁴³; pag. 163. lin. 18. *chirographis* et *syngraphis* pro *chirografis* et *syngrafis*; denique pag. 183. lin. 14. *symphoniacis* pro *symponiacis*⁴⁴. Litteram *k*, qua ipse librarius non nisi in compendiis usus est, nusquam adhibui. Reliquum est, ut moneam, codicem syllabas *ii* et *iis* tum in hunc ipsum modum scriptas, tum vero ita exhibere: *i*, *is*: velut pag. 31. lin. 15. *preti* scriptum est et pag. 2. lin. 14. *prouincis*. Quod tamen non tam ad orthographicam rationem, quam ad compendiorum usum pertinere videtur. Quod et illud refero, quod saepe numero unam tantum

⁴³ Schedae: *elefante*.

⁴⁴ Schedae: *syponiacis*.

tum u. dupliis loco posuit librarius, velut pag. 24. lin. 13. ubi pro *distingunt* scripsit *distingunt*. Similia sunt: pag. 170. lin. 13. atferet pro adferret; pag. 152. lin. 3. fidepromi-
tis pro fidepromittis etc. Quia ad eandem for-
tasse rationem redigendae sunt earum, quas
supra recensui, scribendi formarum hae: obli-
teratus; solemnis; quatuor; adicere, inicere,
obicere, subicere.

Iam vero cum in scribendi compendia in-
ciderit oratio, commodum videtur, ut hoc ipso
loco exponam, qualem in his verbis, quae per
compendia scripsit librarius, observarim regu-
lam. Equidem integris ea ubique expressi li-
teris, exceptis numerorum notis, quas ubi in-
veni, retinui. Ipsas autem siglas ne in anno-
tationibus quidem, nisi singulari aliqua causa
id postulante, exhibui. Quodsi scribendi com-
pendia, quae in codice reperiuntur, suis qui-
busque locis voluissem subijcere, numerorum
ad annotationes lectorem ablegantium quasi
flumine inundatum foret libri contextum, ipsae
autem annotationes in immodicam increvissent
molem. Itaque consultius mihi visum est, pro-
prium hujus praefationis calci indicem adji-
cere, qui varias siglarum formas ad exempli
nostri fidem exhiberet, singulosque, ubi repe-

rirentur, locos accurate demonstraret. Quod autem dico, indicem varias siglarum formas ad exempli nostri fidem repraesentare, id eo potissimum pertinet, quod in codice modo integra et perfecta, modo propter deletam antiquam et superimpositam novam scripturam minus perfecta nobis apparuit compendiorum forma: quam diversitatem in indice exprimendam esse judicavi. Denique operae pretium futurum arbitratus, si insigniorum, qui de siglis veterum tractant, libellorum rationem haberem, Valerii Probi de Notis Romanorum Libellum, Notas juris a Magnone collectas, Petri Diaconi de Notis Litterarum more Romano Librum, Notarum veterum Explanationem ex Papiæ Glossario, anonymi alicujus Notarum juridicarum Explanationem, nec non alterius incerti auctoris Notarum et Litterarum singularium Explicationem contuli ⁴⁵; quo-

⁴⁵ Quos hic indicavi libellos, ut alii, ita ediderunt etiam Dionysius Gothofredus et Helias Putschius, ille inter Auctores Latinae Linguae, hic inter Auctores Grammaticae Latinae. Est tamen ea utriusque collectionis diversitas, quod apud Putschium omnes hi inveniuntur notarum indices, ultimo tantum excepto; cum Gothofredus, qui ultimum hunc exhibuit, Notarum ex Papiæ Glossario et Notarum juridicarum Explanationem omiserit: differt praeterea aliquando in communibus quoque utriusque collectionis libellis a Gothofrediana lectione Putschiana. Ego, ubi dubium me tenuit lectio, plerumque eam secutus sum editionem, quae

etque in his indicibus easdem vel similes siglas atque in codice nostro intabulam, in meo id annotavi indice ⁴⁶.

Hoc itaque quantum ad scribendi compendia instituto usus sum. Quoties autem in recensendo contextu a codicis lectione rece-

Friderici Tiliobrogae curis anno 1599. Lugduni Batavorum prodiit, quaeque ita inscripta est: „Marci Valerii Probi de Notis Romanorum interpretandis Libellus Magnonia, Diaconi, aliorumque Notarum veterum explanationes." Hic liber eisdem, quos Putschii collectio, siglarum indices complectitur. Adhibui tamen etiam Soranum Valerii Probi editionem, quam anno 1647. curavit Henricus Ernstius, quantum in primo Thesauri sui Tomo iterum exhibuit Meermanus. Ceterum in conferendis antiquioribus his opusculis acquiescendum putavi, ne infinitus evaderet collationis labor. Qui sane haud magnus fuisset, si ipsarum signarum vicem adire voluissem. Ioannis Gerrard Siglarium Romanum (Londini. 1792. 4.), librum per Germaniam non inde vulgatum, cujus mihi copiam fecit Celeberrimus Thibaltii humanitas: nam in eo id egit auctor, ut omnes notas ac litteras in marmoribus, lapidibus, nummis, auctoribus aliisque Romano-rum veterum reliquiis repertas, ordine alphabetico distributas explicaret. Quod tamen institutum cum mihi parum diligenter executus esse videretur Gerrardus, neque ad inquirendum in singula quaeque suppeditaret tempus, hujus libri collatione abstinere satius censei. Waltheri autem opus praestantissimum (Lexicon diplomatium. Ulmae 1756.) cum in indaganda earum potissimum aetatum scriptura versetur, quibus antiquiorem esse codicem nostrum nemo dubitabit, a meo proposito alienum erat.

⁴⁶ In allegandis singulis libellis haec versatus sum, ut auctorum tantum nomina apponerem: quod cum in binis illis opusculis, quorum ignorantur auctores, fieri non posset, alterum Putschii, alterum Gothofredi pagina allegata significavi. Vetus autem sum, quantum ad Gothofredum attinet, editione anni 1595.

dendum putavi, vel sicubi dubia videri potuit codicis lectio, illud mihi curae fuit, ut in annotationibus suo quoque loco codicis scripturam accurate significarem: quod si quando factum non est, quae in annotationibus omisi, in praetermissorum indicem rettuli. In ipso etiam contextu quae vel aliena sunt a codice, vel incerta, vel certa quidem, sed ita comparata, ut jam non integra in codice appareant, currentibus litteris distinxi: quas tamen, ubi vel ex mera orthographiae ratione codicis scripturam deserui, vel imperfectum aliquod compendium integritati tantum restitui, vel litteram aliquam, cujus indubitata esset geminatio, bis exhibui, non usurpavi⁴⁷. At quoties tale quid, quod a codice omnino abesse constaret, in contextum nihilominus recepi, id quod plerumque quia necessarium videretur, aliquando tamen, quamvis perraro, vel ob solam eam causam feci, ut magis pateret sententia; verba ita inserta non modo currentibus litteris expressi, sed etiam semicirculis

⁴⁷ Velut pag. 17. lin. 6. et pag. 64. lin. 12. ita habet editionis nostrae contextum: „nuptiae esse” „usucapias semel”, non: nuptiae esse, usucapias semel; quamquam in codice, una tantum *e* et una *s* adhibita, sic scriptum est: „nuptiaesse” „usucapiasemel”. Haec tamen et quae sunt alia ejusdem generis in praetermissorum indice notavi.

inclusi⁴⁸. Praeterea lacunarum, quas exemplum nostrum habet, supplementa, quatenus non solis litteris, sed verbis constant, binis asteriscis, altero in principio, altero in fine posito, notavi⁴⁹. Eas autem lacunas, quas sine supplementis reliqui, modo stellulis (*), singulas litteras significantibus, modo lineolis impletas exhibui. Quarum quidem duplex genus est: breviorum (—), trium fere litterarum spatium indicantium, alterum; alterum longiorum (—————, —————), quarum quaternae integri versus locum occupant, quin non raro plures versus ita demonstrant, ut in interiore paginae margine numerus sit appositus. Eodem modo, propria tamen ubique annotatione subjecta, eas quoque significavi lineas, quas vacuas reliquit ipse librarius⁵⁰. In definiendo autem singularum litterarum, quae passim desiderantur, numero, ubicum-

⁴⁸ Conf. v. c. pag. 3. lin. 6. pag. 10. lin. 22. pag. 11. lin. 1.

⁴⁹ Exemplum, exhibet prima statim pagina. Nam principii, quod tale est: „I. De iure gentium et” vestigia in codice agnovimus: quae autem sequuntur usque ad finem lineae 3. in codice legi non potuerunt, sed e Digestis suppleta eamque ob causam asteriscis inclusa sunt.

⁵⁰ Omnis generis exempla exhibent paginae 5. 8. 9. In eo tamen minus accuratus fuit typographus, quod pag. 8. lin. 17. 18. pro: —————
posuit: —————

que propriae super hac re suppeditarent observationes in schedas nostras relatae, has secutus sum; ubi vero hoc subsidio non adjuvarer, calculo usus sum, quem ex eo subdixi, quod plerique codicis versus complectantur litteras undequadragenas⁵¹. Quem calculum si quis minus certum atque accuratum dixerit, me ipsum habebit facile assentientem. Verum enim vero ne illae quidem, quas schedis nostris contineri dixi hac de re observationes ita solidque nituntur fundamento, ut nulli dubitationi locum relinquunt. Res enim ipsa vetat, ne de litterarum aliqua lacuna comprehensarum numero certi quid statuere possis, cum aliae litterae latius, aliae angustius pateant. Ideoque in illis, quas de explendis lacunis passim proposui, conjecturis ad eum numerum, quem desiderari vel ex schedis, vel ex computo intelligerem, non ita stricte me conformavi, ut numquam eum una alterave littera sive augere, sive minuere ausus sim. Quod tamen fere non aliter feci, quam ut eum litterarum numerum, qui, seposita omni circa codicis lectionem conjectura, dæsse videretur, in annotationibus significa-

⁵¹ Hic ille est numerus, quem in notis aliquoties appellavi *legitimum*. Conf. ad Commentar. I. §. 108. not. 1. ad Commentar. II. §. 270. not. 11. ad Commentar. IV. §. 9. not. 6.

rem⁵². Si ubi vero talem protuli conjecturam, quae compendiorum usum requireret, de eo quoque in annotationibus lectorem admonere haud facile oblitus sum⁵³. Vtrumque tamen annotationis genus, cum integrae vel paene integrae explendae essent lineae, minus necessarium iudicavi, ideoque ut plurimum omisi⁵⁴. Simili denique ratione si cui lacunae non ex ingenio subveni, sed a Digestis verbi causa vel a Iustinianeis Institutionibus complementum ejus mutuatus sum, plerumque supervacuum existimavi, in scripturae formam, quam adhibuisse putandus esset librarius, inquirere meamque hac de re conjecturam notis inserere⁵⁵. Iam vero de contextu nihil reliquum est, quod moneam, nisi quod formulas, a librario eodem quo cetera litterarum genere expressas, majoribus litteris distinxi.

Annotationes alias superiore, alias inferiore loco collocavi. In superioribus annotationi-

⁵² Velut pag. 24. lin. 23. pag. 43. lin. 15.

⁵³ Exempla habes pag. 6. lin. 17. pag. 21. lin. 4. pag. 48. lin. 7. pag. 85. lin. 4. 12. 13.

⁵⁴ Velut pag. 15. lin. 6. pag. 46. lin. 21. pag. 58. lin. 19. pag. 85. lin. 1.

⁵⁵ Conf. e. c. pag. 1. lin. 1.—3. et lin. 6. item pag. 65. lin. 19. Interdum tamen aliud suasit peculiaris quaedam rei ratio, velut pag. 102. lin. 12.

bus id egi primum, ut ubi opus videretur, quae codicis esset condicio quaeque scriptura diligentius indicarem, ejusque, quam in contexto exhibuissem, lectionis causas redderem; deinde, ut in iis tales proponerem conjecturas, quae vel ad sententiam tantum demonstrandam comparatae essent, vel quamvis ipsis etiam verbis sive supplendis, sive emendandis inservirent, non tamen ita certae viderentur esse, ut eas in contextum recipere auderem; denique, ut contextum cum Alariciana Gaji epitome et cum iis Gaji nostri locis, qui in Iustiniani Digestis et Institutionibus, aliisque libris extant, conferrem. Illud tamen per se quisque intelliget, me in significanda codicis scriptura non tam ipsius codicis rationem habuisse, quam ejus, quod ex eo transcripsimus, exempli; in quo multa vel minus definita vel lacunis interrupta sunt, quae, si quis iterum atque iterum codicem inspiciat, absolutiora fortasse inveniet atque pleniora. Vnde, ubicumque ipsius codicis scripturam non ita exploratam habui, ut ne minima quidem de hoc vel illo ductu superesset dubitatio, non codicem, sed exemplum nostrum, quod ubique schedarum vocabulo notavi⁵⁶, testem attuli: cujus apographi lacunas

⁵⁶ Hoc adhibito compendio: Sched. Conf. supra not. 31.

in annotationibus iisdem atque in contexto signis descripsi. Cum vero non pauca sint in annotationibus, quae non ipse coniecerim, sed amicorum debeam sollertiae atque humanitati, horum nomina suis quaeque locis apposui⁵⁷. Denique inveniendae illa, quam supra dixi, contexti cum aliis quibusdam libris collatione sic versatus sum. Alaricianae epitomes auctores de retinendis Gaji verbis ita non cogitarunt, ut si orationis formam spectes, vix unus vel alter occurrat locus, quem conferre operae pretium sit⁵⁸. Major tamen fructus ex argumentorum, quae in Epitome⁵⁹ tractantur, inspectione colligitur. Omnes itaque Epitomes articulos, quibus ad implendas hujus editionis lacunas materia subministratur, annotationibus inserui; novissimam Hauboldi recensione ut plurimum secutus⁶⁰; sed nec illud ab re

⁵⁷ Compendiorum, quibus in ea re usus sum, significatio per se plana est; velut Buttin. (Buttmann), Heis. (Heise) etc.

⁵⁸ Conf. Commentar. II. §. §. 272. 273. 277.

⁵⁹ Hoc uno verbo eam, quae in Alariciano Breviario reperitur, Gaji Institutionum epitome in sequentibus ubique significavi.

⁶⁰ Ad pag. 9. allegare oblitus sum locum hunc: *Nam Latini patronorum beneficio, id est si iterum ab ipsis aut testamento, aut in ecclesia, aut ante Consulem manumittantur, civium Romanorum privilegium consequuntur.* Vid. Epitome, I, 2, §. 4. in fine.

esse visum est, eos in annotationibus exhibere Epitomes locos, qui, cum hactenus ex Gaji Institutionibus manasse existimarentur, aliunde nunc repetiti esse intelliguntur. In Iustinianeis autem Digestis et Institutionibus cum contexto nostro componendis, ne ad alios locos allos respicerem, quam qui verborum comparationem admitterent, res ipsa ferebat. Quorum tamen locorum in numero non ii tantum collocandi erant, quos ex Gaji Institutionibus depromptos esse jam ante sciebamus; sed alii praeterea multi, quos ex illis in Iustinianearum Institutiones translatos esse nunc demum apparuit⁶¹. Sed ut in perficienda hac comparatione mihi ipse constarem, certos, quos non egrederer, mihi constitui fines. Nam praeter Haloandrinam et Florentinam Digestorum, item Haloandrinam, Cujacianam, et Bienerianam Institutionum lectionem, nullius neque editi, neque scripti libri varietatem respexi, nisi quam in Digestis a Gebauro, in Institutionibus a Bienero annotatam viderem. Neque aliter aberrantes a contextu nostro lectiones allegavi, quam si vel nusquam, vel in sola

⁶¹ Velut pr. et §. §. 1. 5. ff. quibus modis jus potestatis solvitur; §. §. 5; 4. l. de tutelis; pr. l. de legitima agnatorum tutela; §. §. 6. 7. de Atillano tutore. Conf. Gajus, Commentar. l. §. §. 124. 126 — 129. 144. 146. 147. 155. 189. 191.

Biancheriana Institutionum editione, nullo laudato auctore, contexti lectionem exhiberi intelligerem. Quoties autem eundem Gaji locum et in Digestis reperirem et in Iustinianea Institutionibus, harum tum demum rationem habui, cum in aliquam inter Digesta et contextum nostrum inciderem lectionis diversitatem. Quantum ad reliquos illos libros attinet, quibus etiam aliqui Gaji nostri loci continentur; in Mosaicarum et Romanarum Legum Collatione praeter vulgatam, Scaligeriani maxime apographi et Heidelbergensis editionis (a. 1656.) lectionem consului: Boethii autem in Topicae Ciceronis Commentarios secundum Basileensem Operam editionem (a. 1570.) contuli; ita tamen, ut Lugdunensis Commentariorum editionis, quae a. 1536. prodiit, librorum manuscriptorum a Meermano collatorum⁶², et celebratissimi illius apud Cynum loci⁶³ variantes lectiones non negligerem: in Prisciano denique Patschii editionem secutus sum⁶⁴. Vno alteroque loco Vlpiani quoque

⁶² Vid. Gerardi Meerman Diatriba de rebus Mancipi, Lugd. Bat. 1741. §. 8.

⁶³ Extat in Cyni commentario ad L. un. C. de usucapione transformanda. Vid. Oper. ed. Francof. (a. 1578.) pag. 439.

⁶⁴ Novissima Prisciani editio, quam curavit doctissimus Augustus Krehl (prodiit Lipsiae a. 1819. 20. duobus Volu-

Fragmenta, quorum in universum cum Gajî Institutionibus magnus est consensus, comparationis praeberunt materiam: quibus locis ad eam maxime lectionem, quam codex Vaticanus exhibet, respexi. Tandem sicubi ab iis Gajî speciminibus, quae a Maffei et ex Niebuhrii apographis jam ante edita fuerant, nostra deflecteret editio, ne quid in eo genere desideraretur, hoc quoque ut annotarem necessarium arbitratus sum.

Alterum annotationum genus, quod extrema eaque secta exhibet pagina, eo consilio subjeci, ut locos in superioribus annotationibus cum contextu collatos accuratius indicarem, aliosque praeterea, qui similis essent argumenti, allegarem. Hujusmodi tamen locos ab iis, quorum non argumenta modo, sed etiam verba cum contextu conspirant, praeposita voce *conferatur*, vel *conferantur* (Conf.)

minibus §.), cujusque inspiciendi nunc demum nactus sum facultatem, ea Gajî verba, quae posteriore loco allegat Priscianus, pleniora exhibet, quam apud Putschium leguntur. Nam cum ita habeat Putschius (pag. 726.): „In eodē: *Quî libram aeneam tevat, qui appellatur libripens.*”; apud Krehlium (Vol. I. pag. 287. 88.) priori *qui praemissa sunt verba*: „*Praeterea alio ejusdem conditionis*”. Haec tamen verba ab omnibus suis codicibus abesse ipse Krehlius testatur; unde ea ab anterioribus Prisciani editoribus ex Boethio in Prisciani contextum translata esse suspicor. — Conf. Gajus, Commentar. I. §. 119.

diligenter distinxi. Ne vero nimium vagaretur similiarum locorum allegatio, certus modus adhibendus fuit. Itaque quos in Epitome, in Justinianicis Institutionibus et in Vlpiani Fragmentis reperirem locos similes, indicavi omnes; neque minus in eos locos intentus fui, qui ex Gaji Rebus quotidianis in Digesta migrarunt: praeter hoc autem eo me continui, ut, ubi de rebus ad juris antiquitates pertinentibus loquitur Gajus, insigniores ejusdem argumenti locos vel in Corpore Iuris, vel apud alios antiquos auctores obvios allegarem. Illud vix est ut moneam, me similiarum quoque, qui in ipsis Gaji Institutionibus occurrunt, locorum designandorum curam habuisse.

Ac de Gaji codice et de consilio, quo in eo edendo usus sum, haec quidem existimavi esse dicenda. Nunc ad Fragmentum de Iure Fisci transeo.

Due illa folia, quibus inest hoc fragmentum, lacera sunt atque corrugata admodum: forma est quadrata major: paginae in binas dividuntur columnas vicenis quaternis versibus compositas: singuli versus ternas denas ad vicenas complectuntur litteras, ita tamen, ut plerumque constant litteris septenis denis⁵⁵:

⁵⁵ Folio priore, columna quarta, lineae 22., in qua duode-

litterarum forma uncialis est. Duobus locis
 versum omisit librarius⁶⁶; ob eandem, opinor,
 rationem, quam supra indicavi, cum idem in
 codice XIII. saepius a librario factum esse me-
 nerem. Praeterea horum foliorum cum co-
 dice XIII. haec est convenientia, quod quidam
 versus prae ceteris prominent, et in quibus-
 dam aliis vacua deprehenduntur spatiola, qui-
 bus alterius articuli exitus separatur ab alte-
 rius principio: cui accedit, quod in his quo-
 que membranis nulla reperitur neque inter-
 punctio, neque verborum distinctio, quodque
 frequenter siglis usus est librarius. Illud au-
 tem diversum est, quod hujus fragmenti litte-
 rae illis, quibus perscriptae sunt Gaji Institu-
 tiones, aliquanto grandiores sunt: quin quae-
 dam in ipsa litterarum figura animadvertitur
 Varietas, quae maxime apparet in litteris *A*
 et *R*; quo etiam illud referendum est, quod
 litterae *F*, *P*, *R* plerumque totae supra lineam
 positae sunt, cum in Gaji codice infra lineam
 decurrant. Neque quod dixi, in Gaji codice
 singularum paginarum initiales litteras reli-

cim tantum agnovimus litteras, prima littera deperdita esse
 videtur. Viginti litterae non nisi in prominentibus quibusdam
 versibus reperiuntur.

⁶⁶ Vid. fol. prior. col. 4. lin. 4. et 17.

Quis esse auctor, idem de hoc fragmento dicendum est: in posteriore enim folio initiales primae quataequae columnae litterae, licet in alicujus verbi principio positae sint, ejusdem tamen nobis atque reliquae litterae magnitudinis esse visae sunt; ceterarum autem columnarum initia deperdita sunt. At prominentis cujusque versus prima littera utique paulo grandior esse solet. Ceteram in his membranis, quamvis non rescriptis, vetustate tamen ita evanidam factam reperimus scripturam, ut nobis in iis quoque adhibendum fuerit gallicae infusum. Quod autem etiam contextum singulari numero fragmentum dixi, id si quis reprehendat, libens concedo, duo proprie esse fragmenta: nam quae in extremo priore folio leguntur, cum posterioris folii principio minime cohaerent; ita ut folia quaedam intermedia deperdita esse evidenter appareat. De auctore nihil habeo, quod asseverare possim, praeterquam quod eum e classicorum Iuriconsultorum numero fuisse ipsa fragmentorum docet materia, quippe quae magnam partem ad jus antiquum pertinet. Ex cujus materiae indole illud quoque colligit Niebuhrius, membranas nostras exaratas esse ante occidentalis imperii exitium; neque enim verisimile

videri, ut quis posterioribus temporibus talis argumenti librum transcribi curaverit: Koppius ex litterarum forma de membranarum aetate nihil statuere ausus est⁶⁷.

In edendis his reliquiis in universum quidem idem, quod in Gaji Institutionibus, consilium secutus sum; quaedam tamen aliter institui. Nam in exteriori margine non paginas notavi, sed columnas: deinde ad designandas lacunas integros versus complexas pro quaternis binas adhibui lineas majores (———); in brevioribus autem lacunis praeter minores illas lineas (—), quibus indicatur trium litterarum spatium, aliis adhuc usus sum minutissimis lineis (-), ut duarum litterarum spatium significarem. Siglas proprius exhibet index post eum, qui ad Gaji Institutiones pertinet, collocatus.

Multa, quae de Gaji Institutionibus adijcere in animo habebam, spatii, quod huic praefationi demensum est, aequae, atque temporis angustiis quo minus nunc in medium afferam impediatur. In quibus illud quidem levissime fero, quod negatam mihi video opportunitatem

tem

⁶⁷ Vid. Zeitschrift f. geschichtl. Rechtsw. Tom. III. pag. 152. Tom. IV. pag. 481.

tem fusius disputandi de accessionibus ex invento isto thesauro ad juris doctrinam redundantibus. Nam si quis, cujus non sit praecipuus animus, vel festinanter inspexerit Gaji Institutiones, novam, his in lucem protractis, ejus studii, quod in vetere jure Romano enucleando positum est, epocham incipere intelliget. Unde eos, qui fructum ex hac editione percipiendum consideraverint, si simul difficultates, quae superandae mihi fuerunt, probe perpenderit, imperfectae meae operae aequos iudices me nacturum esse spero. Eorum tamen, quae fortasse probabuntur, meritum non mihi soli tribuendum erit. Nam ut illud, quo usus sum, apographum Bekkeri, Hollwegii meaque communi perfectum est opera, ita in adornanda quoque hac editione amicorum, imprimis Buttmani, Hollwegii et Savinii ope consilioque me adjutum esse grata mente fateor.

His ita de iis, quae ad hujus voluminis causam pertinent, expositis, non ab re videtur esse, ut aliarum quarundam notabilium membranarum, juridici argumenti contextum exhibentium, quae in Bibliotheca Capitulari Veronensi asservantur, brevem subjungam notitiam⁶⁸.

⁶⁸ Haec ea, quam ante aliquot annos vulgavi (vid. Leipzi-

Est autem harum numero Sulpicii Severi codex membranaceus, formae quadratae, insignitus olim numero XXXVIII., nunc XXXVI., quo, quod jam Maffei^{us} movit^o, alicujus Justinianearum Institutionum exempli continentur folia tria. Horum foliorum, a manu ei, quae in Fragmento de Iure Fisci deprehenditur, simili, litteris tamen paulo minoribus exaratorum ultimum rescriptum est; in prioribus autem, licet etiam ad rescribendum videantur praeparatae, antiquae scripturae vestigiis nulla nova superinducta est scriptura. Primum folium a prooemii extrema §. 5: incipit et ad finem fere tituli de justitia et jure extenditur: alterum folium indicem exhibet, qui primi et secundi libri titulos omnes, tertii vero titulos quinque priores complectitur: in tertio deni-

ger Literatur-Zeitng. 1817. pag. 2645. 46.) et plenior est, et accuratior.

⁶⁹ Vid. Opuscoli ecclesiastici, pag. 90.; ubi sic ait Maffei^{us}: „In Sulpicii Severi codice, de quo alias, tres chartae sunt ad hiatum supplendum posterius additae. In iis ut denuo scribi posset, scriptura anterior sive abluta est, sive abrasa: verumtamen tenuissima vestigia rimari non destiti, atque ut translucida fierent lumini usque adeo obicere, donec majoribus et elegantibus literis Institutiones ibi olim perscriptas intellexi. Versus aliquot ex titulo de Justitia et jure integros excepi: in iis: *est constans et perpetua voluntas jus suum cuique tribuens*; quae proculdubio probatio^r est lectio, quam *tribuendi*. Ita legisse videtur D. Augustinus, cum scripsit virtutem esse, *quae sua cuique distribuit.*”

que folio titulus de jure naturali, gentium et civili a media §. 4. legitur. Haec tamen Iustinianearum Institutionum fragmenta, quamvis notatu digna, non tanti sunt momenti, ut comparari possint codici LX. Hujus enim, qui foliis membranaceis 107, formae, quam dicunt in folio, angustioris, Synodaliū Canonum continet epitomas, rescripta folia IV. — LXXXI. olām alterius libri, qui Iustiniani Codicem repetitae praelectionis cum adjunctis scholiis Graecis exhibebat, partem constituerunt: id quod primus animadvertit Bekkerus. In primitivo hoc libro bina eorum, quae nunc sunt, singula effecerunt folia: unde antiqua scriptura a nova, quae superimposita est, secatur. Paginae autem binis constant columnis, Iustiniani Codicis contextum ita exhibentibus, ut Graecis scholiis, non in margine tantum, sed in ipso quoque intercolumnio apposis undique quasi circumfusum appareat. Scripturae genus est hujusmodi: Litterae, tam Graecae, quam Latinae unciales sunt: Latinae, venustate insignes, earum, quibus Gaji Institutiones scriptae sunt, similes quidem, attamen grandiores atque rotundiores: quod autem ad Graeca scholia attinet, ut ipse sermo Latina verba admixta habet, ita cum Graecis quoque

litteris Latinae scripturae ductus sociati sunt: accentus in verbis Graecis reperiuntur nulli: siglis non nisi in constitutionum inscriptionibus et subscriptionibus usus esse videtur librarius: verba intervallis nusquam inter se separantur. Quibusdam locis rubricae conspicuae sunt; saepius tamen rubricae loco vacuum spatium animadvertitur. Titulis singulisque constitutionibus Graeci numeri sunt praepositi. Inter ipsas vero constitutiones Bekkerus non nisi unam Graecam repperit. Hujus agnoscere tantum potuit pars posterior: emissa est „*iii id. febr. leone a u 255*”; locusque ei assignari debet in titulo de monopolis et conventu negotiatorum illicito: etenim sine dubio ipsa illa est, quam in hoc titulo desiderari monent Contius⁷⁰ et Pithoei⁷¹:

⁷⁰ Is in editione Parisiensi a. 1562. post rubricam tituli de monopolis etc. haec adjicit: „*Constitutio Graeca hic deesse notatur.*” Non accurate loquitur Spangenbergius, cum in Gottingensi editione tit. cit. not. 3. sic scribit: „Ceterum in libris veteribus notari hoc titulo Graecam deesse Constitutionem, Cont. Russ. Char. monent.” Russardus enim et Charondas non constitutionem aliquam deesse, sed eam, quae in editis libris Latinae extat, Zenonis constitutionem Graecam esse significant.

⁷¹ Pithoeos in suis ad Codicem Iustinianum Observationibus hujus rei mentionem injicere, Hauboldus me admonuit. Scribunt autem illi pag. 573.: „Sub hoc tit. de Monopolis in veteri quodam libro constitutio Graeca deesse dicitur, quae forte extat *lib. xi. Harmonop. tit. xiiii.*” Conf.

nām quae sequitur constitutio, quaeque appositum habet numerum β, Zenoniana illa constitutio est, quae dicto titulo in editionibus sola legitur. Constitutionum inscriptiones, quas codex exhibet, iis, quas editi libri habent, interdum videntur esse emendatiores. Subscriptiones autem etiam in illis apparent constitutionibus, quae in editis libris sine subscriptionibus leguntur: cujus rei exempla praebent tituli de periculo et commodo rei venditae, et de actionibus empti et venditi; omnes enim, quae in his titulis collocatae sunt constitutiones, in nostro libro manuscripto subscriptionibus praeditae sunt. Ceterum paucos illos titulos, quos ut obiter perlustraremus temporis angustiae passae sunt, partim ad quartum, partim ad quintum, partim ad octavum Codicis librum pertinere intelleximus. Porriguntur enim folia XLVI. et XLIX. a Legis 2. de periculo et commodo rei venditae (IV, 48.) verbis *pertinet. Haec* ad Legis ult. de actionibus empti et venditi (IV, 49.) verba *experiendum esse per-*; folia XXIX. et XXXIV. a Lege 6. si mancipium ita fuerit alienatum

Reizius ad Harmenopulum, Lib. VI. Tit. 14. §. 12. not. 19., in Io. L. B. de Meerman Supplemento Novi Thesauri Iuris civilis et canonici, pag. 353. Nostra tam n constitutio ab iis, quae apud Harmenopulum leguntur, aliena esse videtur.

(IV, 57.) ad Legis un. de nudinis (IV, 60.) verba *exactione sectentur*; folia LXVII. LX, LIII. et LVIII. a Legis 2. de praediis et aliis rebus minorum (V, 71.) verbis *consilio emptoris* ad Legem 1. de magistratibus convenientibus (V, 75.); folia denique VIII. et VII. a Legis 27. de evictionibus (VIII, 45.) verbis *rationem*. Nam ad Legis 3. de adoptionibus (VIII, 48.) verba *non habeas: intell.* Quae, opinor, sufficient, ut perspiciatur, quantum ad Iustianei Codicis crisin momentum afferre possit hujus libri manuscripti accurata collatio: quam propediem institutum iri opto speroque. Quae speciminis causa ex eo transcripsit Bekkerus, sequentes exhibebunt plagulae.

Scribebam Berolini, mense Novembri
Anni MDCCCXX.*

* Praefatione jam typis expressa unius rei, quae ad annotationum huic editioni annexarum intellectum pertinet, indicandae me oblitum esse animadverto: de qua verho subjiciendum est. In annotationibus igitur saepenumero schedarum scripturam ita expressi, ut interrogationis signa inseruerim. Quae ubi uncis inclusa sunt illud significant, dubiam esse praecedentem litteram: quoties autem in extremo aliquo versu adjectum neque uncis inclusum est interrogationis signum, illam indicat dubitationem, utrum littera in schedis ultimo loco posita in codice ipso versum claudat, nec ne. Posterioris generis exempla suppeditant Commentar. I. §. 27. not. 5. §. 114. not. 20. §. 135. not. 66.

CONSTITUTIONIS GRAECAE
FRAGMENTVM

E CODICE RESCRIPTO

BIBLIOTHECAE CAPITVLARIS VERONENSIS.

(Vid. Praefat. pag. LXVIII.)

πάνους ἐν οἰκόμενῳ τόπῳ ἢ πόλει ὧσιν μηδε-
μίας ὕλης ἢ πράγματος κεχρησθῶ, μηδ' ἂν δεῖον
πορίσθαι τύπον, ὑφέξηρημένων τῶν ναῶν, μήτε
δεήσεις ὑπαγορευέτω ἢ ἐπιδοῦναι τολμάτω. ὅπως γὰρ
πανταχόθεν βέβαια μένοι τὰ καλῶς οὕτως καὶ εὐσε-
βῶς βεβουλευμένα καὶ νομοθετηθέντα, οὐδὲ τὸν κατὰ
καιρὸν μεγαλοπρεπέστατον κυναιστορα ἢ τοὺς ἄλλους
ἐνδοξοτάτους ἄρχοντας τοῦ θείου παλατίου ἢ τοὺς
περιβλέπτους ἀντιγραφίας ἢ τὸν περιβλεπτον σεκου-
δοκυριον ἢ τερτιοκυριον τῶν λαμπροτάτων τριβούνων
ἢ τοὺς κατὰ καιρὸν περιβλέπτους ῥεφερενδαρίους ἀπει-
ράτους βασιλικῆς κινήσεως καταλείψομεν, εἰ τοῦ λοι-
ποῦ τοιαύτας τινὰς προσδέωνται δεήσεις ἢ φοιαίτω
τικὴ σπουδὴν συνεισενέγκοιεν ἢ ὑπαγορευόντες ἢ ὑπο-
σημαινόμενοι ἢ συγγεστίοσιν κεχρημένοι ἢ ἄλλην
τινὰ ῥοπήν ἢ χρεῖαν συνεισφέροντες, οἱ δὲ τούτοις

προσδρεύοντες, εἴτε μεμοριάλιοι εἴτε παλατινοὶ εἴτε
 ἄλλης στρατείας εἶεν, οἰωδῆποτε τρόπῳ τοιοῦτο γρά-
 φοντες ἢ διδάσκοντες ἢ ἄλλως γίνεσθαι σπουδάζοντες
 ἀφαιρέσιν ζώνης καὶ οὐσίας δυστυχήσουσιν. ταῦτα
 τοίνυν εἰδὼς ἕκαστος τῶν ὑπηκόων ἐκ ταύτης ἡμῶν
 τῆς νομοθεσίας τὴν παρόρησιαν ἔχων ἐπ' ἀδείας κε-
 χρήσθω τοῖς περὶ τούτων συναλλάγμασιν, ὧν οὐκέτι
 κήλυσις ἐστίν. *pp. iii. id. febr. leons a u. 211.*

SCHOLIORVM GRAECORVM
QVAE EODEM CODICE CONTINENTVR
SPECIMINA.

- Ad IV, 48, 6. θαυμαστόν εἶκαι δοκεῖ ἅτι μορας, ὡς εἰκός, γινομένης ἀπὸ τοῦ πρώτου αὐτῶ ἔτι κινδυνεύεται ὁ θάνατος τοῦ προθέντος ἀνδραπόδου, μὴ γινομένης δὲ τὸν ἀγοραστήν, κἂν ἔστι τὸ πρᾶγμα παρὰ τῷ πρώτῃ, ἐπειδὴ καὶ παρὰ τῷ ἀγοραστῇ, εἰ ἦν τερατευθέν, ἐτελεύτα.
- IV, 58, 5. σημείωσαι ὅτι οὐκ ἄλλως ἀναλαμβάνει τὸ τίμημα τοῦ οὐκ ἐκείνου τοῦ φυγάδος ὁ ἀγοραστής, εἰ μὴ παραστήσῃ αὐτός.
- V, 71, 4. καλὸν τὸ multo magis. διαρεῖσθαι γὰρ οὐδ' ἐντὸς decretu δύναται τὸ ἀκίνητον, ὡς ἡ γ' τοῦ δ' ε'.
- V, 71, 6. σημείωσαι ὅτι ἐξ ἐπιπέδου τοῦ νέου τὸ ἀκίνητον οὐκ ἐκποιεῖται αὐθαμῆ. τὸ περὶ τούτου decretu δια procuratorος πρᾶτται.
- V, 71, 7. ἐκποιήσις γὰρ ἔστιν καὶ αὕτη. μέμνησο τῆς β' τοῦ νθ.
- V, 71, 8. ἀνάγνωθι τὸ τέλος τῆς γ' τοῦ δδ ε' φησὶ γὰρ καὶ τὸν πρὸ γάμου δωρούμενον δεῖσθαι decretu.
-

- Ad V, 71, 11. σημειώσαι ὅτι καὶ decreta πραχθέντος, εἰν ἄγνοῶν ὁ νέος τὴν ποιότητα τοῦ πράγματος ἤττονός τιμήματος πωλήσῃ, βοηθεῖται.
- V, 71, 15. σημειώσαι ὅτι οὐδὲ pro soluto δύναται ὁ νέος παρέχειν ἄγρον decreta χωρίς.
- V, 71, 16. ὥστε οὖν καὶ ἔσω ἐν τῇ πόλει ἐστίν, ὅλως δὲ πρόσοδον παρέχει, πραγματίοις συναριθμεῖται καὶ suburbanon καλεῖται· καὶ τὸ ἔμπαλιν, εἰν ἔξω τῆς πόλεως ἐστίν, οὐ παρέχει δὲ πρόσοδον ἀλλὰ. αμῆνη. . . τέρεψιν ἐπινενόηται, urbanon καλεῖται καὶ ἐστίν οὕτως θαλνε.
 .. εἰτε τὸ πᾶν ἐδαπανήθη περὶ τὴν οὐσίαν τοῦ νέου ἐνήγετο ἐν
 ται δὲ τῇ ἔξ εμπρω, ἵνα ἡ βεβαιώση τὴν πράσιν ἢ ἀναδῶ τὸ τίμημα.
- V, 74, 2. . . . ἐν ᾧ ἄγνοῶν pupilarων εἶναι τὸ πρᾶγμα ἠγόρασεν.
- V, 74, 2. σημειώσαι ὅτι ὁ bona fide ὦν ἀγοραστής usucapiteύει.
- V, 74, 3. σημειώσαι ὅτι οὐδὲ ὁ συγγνώμην ἡλικίας αἰτήσας χωρίς decreta δύναται ἐκποιεῖν ἀκίνητον.
- V, 74, 3. σημειώσαι ὅτι εἰν μετὰ τὸ κε' ἔτος αὐτὸς ἐπὶ ἄλλους ε' χρόνους σιωπήσῃ ὁ νέος, βεβαιούται ἢ χωρίς decretou πράσις.
- VIII, 45, 29. σημειώσαι ὅτι καὶ ἐπὶ permutationος χώρα τῇ περὶ ἐκτικῆσεως duplᾶ.

INDEX SIGLARVM

QVAE IN GAII CODICE REPERIUNTUR.

(Vid. Praefat. pag. XLIX. sq.)

Primus numerus paginam margini nostrae editionis adscriptam significat; sequentes numeri versus indicant. Quoties eandem vocem eandemve syllabam in uno eodemque versu plus semel positam varia scriptura expressit librarius, ex ijs, quae numero versum designanti subjuncta sunt, intelligere licet, quo loco ipsa illa adhibita sit scriptura, de qua agitur. Velut librarius pro litteris *am* aliquoties posuit: \bar{a} . Quae pertinet pag. 111. lin. 2.; ibi enim praeter etiam scriptum extat: $\bar{eti\bar{a}}$. Eidem autem versui verbum tamen quoque inest, in quo scribendo non eodem compendio usus est librarius. Unde versus iste in hoc indice inter eos, qui illud, de quo dixi, scripturae compendium exhibeant, allegatur ita: 111, 2 (*etiam*). Item: librarius pag. 217. lin. 8. sic scripsit: \bar{a} . legibus *aut* edicto. Hic igitur versus in eorum numero collocatus est, qui vocem *aut* per siglam \bar{a} expressam contineant; at propter alteram illam *aut* eodem versu sine compendio scriptam, ad numeros 217, 8 adjecta sunt haec: (*aut legibus*). Quae exempla ad rem illustrandam sufficient.

a

\bar{a} ; \bar{a} ; a = absolute, absoluto, absoluto.

\bar{a} . 204, 16. \bar{a} 204, 20. 221, 9. a 204, 4.

Conf. \bar{s} \bar{n} \bar{p} \bar{a}

\bar{a} ; a = actio, actione.

Papias: $p. a.$ = patris actio. Petrus: $\bar{b}. a.$ = bonam actionem.

\bar{a} 181, 8 (Vid. not. 51.). a 49, 5. 177, 9.

a = Aelia.

Vid. \bar{as}

$a.$ = Ageriusa

Vid. \bar{aa} .

\bar{a} ; \bar{a} ; a ; $a = am$.

etia, etc. 107, 15, 111, 2 (*etiam*). 204, 19 (*tantam*). 217, 24 *quā* etc. 47, 18. 62, 9. 91, 4. 105, 1 (*suam*). 121, 20. 156, 19. 163, 13. 170, 2 (*meam*). 193, 17 (*uindictam*). 213, 4 (Conf. $\bar{p}ec$ = *pecuni*). 230, 5. *cra*, etc. 19, 15. 30, 24. 101, 20 (*etiamsi*). 232, 14. 249, 16. *romana* etc. 6, 24. 11, 9. 26, 21. 27, 22. 23. 42, 13 (*amplius*). 46, 23. 54, 8. 74, 9. 82, 13. 97, 1. 100, 13 (*ilam*). 105, 20. 126, 4. 131, 3. 142, 6. 158, 6. 162, 20. 167, 1. 177, 18 (*nam*. Sched. *na*?). 190, 2. 194, 3. 197, 24. 200, 5. 204, 19 (*redditam*). 208, 9. 222, 14. 228, 14. 229, 6 (*pecuniam*. Sched. *pecunia*?). 251, 3. 13.

\bar{a} ; $a = an$.

alno etc. 67, 6. 95, 1 (*mancipii*). 116, 16. 157, 19. 159, 13. 177, 1. 184, 6. 222, 20. *acilla* etc. 23, 4. 6 (bis). 24, 22. 31, 16 (*mancipantur*. Sched. *mancipa*²*tur*). 42, 14. 54, 6. 77, 10. 82, 18 (*an*). 126, 3. 165, 24. 184, 3 (*tanti*). 190, 1. 2. 15 (*appellabantur*). 196, 21 (bis). 197, 6 (*debabant*). 204, 4.

\bar{a} ; $a = auc$.

atere 7, 17. *atonibus* 174, 17. *ator* (auctores) 165, 9.

$\bar{a} = auct$.

atere 90, 2.

\bar{a} ; a ; $a = auctore$ etc. *

Magno: *at* = auctor tutor.

\bar{a} 74, 9. 84, 16. 173, 7 (in fine). *a*. 174, 8. *a* 72, 24. 73, 9. 12. 74, 1. 2. 5. 6. 11. 14. 82, 4. 173, 7 (*initio*). 218, 8. 11.

Conf. $\bar{d}sa$; $\bar{s}ta$; *ta*

$a = Aulus$.

Gothofredus pag. 1527., Probus, Petrus: *a*.

200, 23.

Vid. \bar{aa} .

\bar{a} ; \bar{a} ; a ; a ; $a = aut$.

Petrus: \bar{a} . Magno, Papias, Putschius pag. 1665.: *a*.

\bar{a} . 106, 6. 217, 3. 8 (*aut legibus*). 22. 229, 19. 236, 18 (*aut restitutoria*). \bar{a} 3, 12 (bis). 4, 11 (in fine). 12 (*aut seruum*). 13. 6, 14 (*lege aut*). 17, 3 (*aut prinigna*). 21. 22. 18, 4. 5. 68, 9. 10. 72, 16 (*aut armarium*). 19. 83, 11 (*aut fratris*). 84, 4. 90, 13 (*aut uiuo*). 93, 5. 10. 158, 8. 161, 4. 162, 4. 22 (*aut societatis*). 163, 18. 172, 4. 6. 174, 18.

* Adjectum hoc etc. illud indicat, littera *a* praeter eam, quae praecedit, verbi *tutor* formam, alias quoque exprimi. Atque similis est isrius additamenti in similibus locis significatio.

22. 176, 16. 178, 15. 19 (bis). 24. 180, 21. 181, 21.
 184, 10. 14 (his). 17. 18. 185, 11 (ter). 20. 21. 186, 16.
 187, 7. 8. 194, 17. 200, 9. 201, 19. 202, 1. 22. 203,
 18 (aut pro). 207, 4. 208, 3 (bis). 213, 5. 214, 13.
 216, 8. 20. 218, 1. 221, 24 (aut cum). 222, 3. 4. 224, 3.
 4 (Vid. not. 36.). 10 (bis: aut legitimo; aut imperio). 229,
 16 (aut dilatoria). 18 (aut dolo). 230, 23. 235, 12. 20. 22.
 23 (bis). 236, 3. 5. 6 (bis). 7. 17. 24. 238, 9. 14 (aut ui).
 24 (aut quibus). 239, 16 (bis). 240, 5. 21. 250, 7. a 167,
 2. 14. 171, 10. 208, 1. a. 18, 1. 232, 16. a 3, 3 (aut
 liberi). 21 (bis). 4, 4 (bis). 11 (aut fratrem). 6, 14 (aut
 constitutione). 16, 6. 17, 3 (aut nouerca). 43, 21 (initio),
 48, 17. 72, 15 (aut ex). 16 (aut subsellium). 90, 15. 17.
 91, 18. 97, 13 (aut breuius). 102, 10 (aut post). 103,
 4 (bis). 5. 114, 8. 151, 6 (ter). 11 (bis: aut metiendb, aut
 pendendq). 164, 4. 165, 2 (aut toga). 166, 19. 167, 13 (aut
 totorum). 174, 15 (bis). 176, 17. 179, 12. 181, 3 (aut
 ones). 182, 1. 183, 4. 22. 185, 7 (in fine). 189, 8. 9. 18.
 191, 18 (aut quingenaria). 194, 14. 195, 13. 202, 21.
 207, 20. 208, 18. 213, 1. 217, 4. 224, 2. 18. 228, 15.
 229, 16 (aut peremptoriae). 18 (aut quod). 238, 14 (bis:
 aut clam, aut precario). 239, 14 (bis: aut clam, aut precario),
 22 (in fine). 241, 24. 248, 22.

$\bar{a}\bar{a}$; $\bar{a}a$; $\bar{a}\bar{a}$; $\bar{a}\bar{a}$; $\bar{a}\bar{a}$; $\bar{a}\bar{a}$ = Anlus Agerius etc.

Putschius pag. 1665: $\bar{a}\bar{a}$.

$\bar{a}\bar{a}$ 201, 13. 229, 7. $\bar{a}\bar{a}$ 204, 13. $\bar{a}\bar{a}$ 235, 14.

$\bar{a}\bar{a}$ 202, 14 (versus finem). 17. 18. 203, 2. 3. 4. 204,
 15 (Conf. not. 14., ubi pro $\bar{a}\bar{a}$ perpetam scriptum est $\bar{a}a$).
 20. 235, 10. $\bar{a}\bar{a}$ 204, 16 (Not. 14. mendose exhibet: $\bar{a}\bar{a}$

condemnato. In Sched. est: $\bar{a}\bar{a}$ condemnato), $\bar{a}\bar{a}$ 202,

14 (initio). 19. 204, 17. 19. 205, 7. 233, 12.

$\bar{a}d\bar{u}nd$ = adeundam.

Putschius pag. 1681: $\bar{q}d$; $\bar{q}d$. = quaedam; quidam. Conf.
 Magno sub litter. \bar{d} .

48, 8.

$\bar{a}d\bar{q}u\bar{i}r$ = adquirant.?

74, 24.

$\bar{a}d\bar{u}$ = aduersus.

Putschius pag. 1665: $\bar{a}d\bar{u}$. = aduersum.

$\bar{a}e$ = auctoritate.

151, 19.

$\bar{a}l\bar{t}e\bar{r}$. = alterius.

220, 7.

LXXVIII INDEX SIGLARVM

ann.; *ann* = *annis*.?

Probus: *ann*.

ann. 95, 17. 21. *ann* 4, 7: 82, 4.

Verbum *anni* locis allegatis cum comparativis *minor*, *major* componitur. In qua compositione apud Gajum nostrum frequentior sane est secundi casus usus. Vnde putes, siglae *ann.* eam potius esse vim, ut significet: *annorum*; cuius significationis praeterea testes proferri possunt Petrus alique notarum explanatores. Vid. Gothofredus pag. 1528. et Putschius pag. 1665. Cum tamen in codice nostro vix unus vel alter extet locus, in quo per litteram *n* exprimentur syllabae *norum* (vid. \bar{n} = *norum*): ea olim apud me praevaluit sententia, ut siglam *ann.* pro *annis* a librario positam existimarem. Iam vero nihil definio.

ant. = Antoninus.

Magno, Gothofredus pag. 1528.: *ant.* = Antonius.

85, 16.

$\bar{a}o$.; $\bar{a}o$, $\bar{a}o$, $\bar{a}o$; $\bar{a}o$; *ao*.; *ao* = *actio*. ($\bar{a}o$.*nes* = *actiones*.
 $\bar{a}o$.*nis* = *actionis*. etc.)

§. §. 45 — 51. ¹alienam deest in Inst. ²Inst. *possederit. Bien. possedit.* ³Cod.: *n^oqn* (nuncquam non) tamen ill. Legendum: *numquam* tamen illi. ⁴In Inst. pro *numquam* etc. legitur: *non* tamen illi usucapio *ullo tempore* procedit. ⁵Cod. *qui* ⁶Cod. *usucapionē*, pro *usucapionē*. (usucapionem) *n.*(non); sic enim scriptum oportebat. ⁷*recipiunt* etc. Malim: *recipiunt. Mulieris*, quae in agnatorum tutela erat, *res mancipi u. n. p.* Vel: *recipiunt. Item mulieris* etc. Sav. ⁸Sched. *id ita*(ita). Sav. legendum censet: *idque ita*; quod praestaret sane. ⁹Cod. *legem* ¹⁰Sched, *cap 110* (vel *u*)m Sententia postulat: *cautum erat item* ¹¹Inst. §

§. 45. Set — — *procedit.*
§. 1. I. de usucap. *uelut* —
— *Flautia*, Conf. §. 2. eod.
§. 46. Conf. cit. I., un. C.
de usucap. transform. et cit.
pr. I. de usucap. item supra §. 7.
§. 47. Conf. supra Commen-

tar. I. §. 192. et infra huj. Commen-
mentar. §. 80. item Cicero,
ad Atticum, Lib. I, epist. 5.
et pro Flacco, cap. 34.

§. 48. Conf. §. 1. I. de usu-
cap.

§. 49. §. 3. I. de usucap.

- possessionem¹² usucapionem per legem XII tabularum prohibitam esse.¹³ non eo pertinet, ut (*ne ipse*)¹⁴ fur, **quique per**¹⁵ uim **possidet**¹⁶, usucapere possit, nam huic alia¹⁷ ratione usucapio non competit quia scilicet mala fide possidet¹⁸; sed nec¹⁹ ullus alius, quamquam²⁰ ab eo²¹ bona fide emerit²², usucapiendi ius habeat. §. 50. Unde in rebus mobilibus non facile procedit, ut bonae fidei possessori usucapio competat²³: quia²⁴ qui alienam rem uendidit et tradidit, furtum committit; idemque accidit, etiam si ex alia causa tradatur²⁵. Sed tamen hoc²⁶ aliquando aliter se habet. nam si heres rem defuncto commodatam, aut locatam, uel²⁷ apud eum depositam²⁸, existimans eam esse hereditariam²⁹, uendiderit aut donauerit, furtum non committit³⁰. item si

66.
XXXV. b.

Quod autem dictum est. ¹² Inst.: furtivarum et vel possessionum rerum. ¹³ Inst.: per leges prohibitam esse. ^{14-15, 16} Ex Inst. ¹⁷ Cod. huic ali. In Inst. pro huic legitur his. ¹⁸ Inst. possident. ¹⁹ Sic etiam in Inst. Bien. Hal. et Cuj. no. ²⁰ Sched. qq Inst. quamuis. ²¹ Inst. eis. ²² In Inst. additur: vel ex alia causa acceperit. ²³ Ex Inst. ²⁴ Inst. nam. ²⁵ uendidit etc. Inst.: uendidit (ita Bien. Hal. uendiderit. Cuj. uendit) vel ex alia causa tradidit (sic iterum Bien. Hal. tradiderit. Cuj. tradit), furtum ejus committit. Cetera in Inst. ommissa sunt. ²⁶ Inst. id. ²⁷ Sched. u(vela) Inst. vel. ²⁸ Cod. pro eum depositam, quod est in Inst., exhibet eundempositam; unde aliquis legendum putet: apud eundem depositam. ²⁹ Inst. existimans hereditariam esse. ³⁰ uendiderit etc. Inst.: bona fide accipienti uendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit: quin is, qui acceperit, usucapere

§. 50. §. §. 3 — 6. I. de usu- cap. Set — — — credens, uendiderit aut donauerit. Conf. L. 36. de usurpat. (ex Nostri Reb. cottid.) furtum non committit; furtum enim sine

affectu furandi non committitur. L. 37. pr. eod. inscripta: Gajus Libro II. Institutionum. Conf. infra Commentar. III. §. 208.

is, ad quem ancillae ususfructus pertinet, partum etiam³¹ suum esse credens, uendiderit aut donauerit, 4. furtum non committit; furtum enim sine affectu furandi non committitur aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine uitio furti rem alienam ad aliquem transferat et efficiat, ut a possessore usucapiatur. §. 51. 8. Fundi quoque alieni potest aliquis sine ui possessionem nancisci³², quae uel ex negligentia domini uacet, uel quia³³ dominus sine successore decesserit, uel longo tempore afuerit. nam³⁴ si ad alium bona fide accipientem transtulerit, poterit usucapere possessor; et quamuis ipse, qui uacantem possessionem nactus est, intellegat, alienum esse fundum ***** nihilominus ***** ad usucapionem ***** 16. improbata sit³⁵ eorum sententia, qui putauerint, furtum fundi³⁶ fieri posse.

possit, dubium non est; quippe cum ea res in furti uitium non ceciderit, cum utique heres, qui bona fide tanquam suam alienauerit; furtum non committit. ³¹ etiam deest in Inst. ³² Dig.: nancisci possessionem. ³³ Sched. 9 In Cod., ut opinor, est q̄ i. e. quia; sic enim in Dig. legitur. ³⁴ Sched. n, pro n̄, ut opinor, i. e. nam. Praestaret tamen quam. ³⁵ fundum etc. Sched. fundus ***** nihilominus ***** ad usucapionem negetur improbata sit. Excidisse aliquid palam est. Vnde, nisi impedimento esset vox negetur, locum ita restituendum esse dicerem: et quamuis ipse etc. intellegat, alienum esse fundū (fundum), traditio nihilominus b̄f. (bonae fidei) possessori ad usucapionem proficiet, quia neque ui possessum, neque furtiuum possidet, cum improbata sit eorum sententia etc. Conf. Inst. et L. 38. de usurpat. ³⁶ Sched. pro furtum fundi exhibent furti fundum.

§. 51. Conf. §. 7. I. de usu- (ex Nostri Reb. cottid.) eorum cap. Fundi — — afuerit. sententia etc. Conf. Gellius, cit. L. 37. de usurpat. §. 1. Lib. XI, cap. 18. nam si etc. Conf. L. 38. eod.

Rurs.

- §. 52. Rursus ex contrario accidit, ut qui sciat
 20. alienam |rem¹ se possidere, usucipiat: uelut si rem
 hereditariam, cuius |possessionem heres nondum nactus
 est, aliquis |possederit; nam ei concessum (est, usu)ca-
 pere, si modo ea res |est, quae recipit usucapionem.
 24. quae species possessionis et usucapionis pro |herede
 uocatur. §. 53. Et in tantum haec usucapio concessa
 est, || ut et res, quae solo continentur, anno usucapian- 67.
 tur. |§. 54. Quare autem hoc casu etiam² soli rerum CII.
 annua |constituta sit usucapio, illa ratio est, quod olim
 4. rerum |hereditariarum possessiones ut ipsae hereditates
 usucapi |credebantur, scilicet anno. lex enim XII tabu-
 larum soli qui|dem res biennio usucapi iussit, ceteras
 uero an|no. ergo hereditas in ceteris rebus uidebatur
 8. esse, quia soli non est, quia neque corporalis est. quam-
 uis (autem) postea creditum |sit, ipsas hereditates usu-
 capi non posse, tamen in o|mnibus rebus hereditariis,
 etiam quae solo tene|ntur³, annua usucapio remansit.
 12. §. 55. Quare autem omni|no tam improba possessio et
 usucapio concessa |sit, illa ratio est, quod uoluerunt
 ueteres maturius |hereditates adiri, ut essent, qui sacra
 facerent, quorum |illis temporibus summa observatio
 16. fuit, et ut⁴ |creditores haberent, a quo suum conse-
 queren|tur. §. 56. Haec autem species possessionis et

§. §. 52 — 61. ¹rem. Sched. scito ²Cod.: etiam
 hoc casu ³Cod. teneantur ⁴et ut. Cod.: ut et

§. 52. Conf. infra Commen-
 tar. III. §. 201. cuius —
 nactus est. Conf. Pomponius,
 L. 29. de usurpat.

§. 54. lex enim — anno.
 Conf. Cicero, Topic. cap. 4.
 item supra §. §. 42. et 44.
 quamuis — posse. Conf. Se-

neca, de Benefic. Lib. VI, cap. 5.
 §. 55. ut essent — fuit.
 Conf. Cicero, de Legib. Lib. II,
 cap. 19 — 21. pro Muraena,
 cap. 12.
 §. 56. Conf. Iulianus, L. 2.
 §. 1. pro herede et L. 33. §. 1.
 de usurpat.

usucapio|nis etiam lucratiua uocatur: nam sciens quis-
 que rem |alienam lucrifacit. |§. 57. Sed hoc tempore 20.
 etiam non est lucratiua. nam ex aucto|ritate Hadriani Sed.
 senatusconsultum factum est, |ut tales usucapiones re-
 uocarentur. et ideo po|test heres ab eo, qui rem usu-
 cepit, hereditatem petendo per|inde eam rem consequi, 24.
 68. atque si usucapta non esset. §. 58. Set⁵ ||necessario
 CII. b. tamen herede extante ipso iure, |pro herede usucapi
 potest. |§. 59. Adhuc etiam ex aliis causis sciens Adhuc.
 quisque rem a|alienam usucapit. nam qui rem alicui 4.
 fiduciae cau|sa mancipio dederit, uel in iure cesserit,
 ● si eandem |ipse possederit, potest usucapere, anno sci-
 licet, et|si soli sit⁶. quae species usucapionis dicitur
 usureceptio, quia id, quod aliquando habuimus, reci- 8.
 pinus per usu|captionem. §. 60. Sed cum fiducia con-
 trahitur aut cum creditore |pignoris iure, aut cum
 amico, quod tutius nostrae res aput eum |essent: si-
 quidem cum amico contracta sit fiducia, |sane omni- 12.
 modo competit usureceptio⁷: si uero cum cre|ditore,
 soluta quidem pecunia omnimodo competit: non|dum
 uero soluta ita demum competit, si neque conduxerit
 eam rem a creditore debitor, neque precario ro|gaue- 16.
 rit, ut eam rem possidere liceret; quo casu lu|cratiua
 usucapio competit. |§. 61. Item si rem obligatam Item.
 sibi populus uendiderit, e|amque⁸ dominus possederit,

⁴ Cod. et ⁶ Cod.: anno scilicet |soli si sit Sed uocula si alieno
 loco posita verbo soli praemittenda, et, uocis scilicet terminatione
 geminata, legendum est: anno scilicet etsi soli sit. Sa v. ⁷ Cod.
 usureceptio. Conf. not. 9. Librarius lin. 17. similiter erra-
 uit scribens usucapio pro usucapio. ⁸ e|amq̄. Sched. +++++

§. 58. Conf. infra Commen- ocler. et Maxima.)
 tar. III. cit. §. 201. item L. 2. §. §. 59. 60. Conf. infra
 C. de usurpat. pro herede (Di- Commentar. III. cit. §. 201.

20. concessa est usureceptio⁹: sed hoc casu praedium bien-
nio usurecipitur. et hoc est, quod uolgo dicitur, ex
praediatura¹⁰ possessionem usurecipi. nam qui mer-
catur a populo praediator appellatur.

§. 62. Accidit aliquando, ut qui dominus sit, alie-
24. nandae rei potestatem non habeat; et¹ qui dominus
non sit, || alienare possit². §. 63. Nam dotale prae-
69. LXXXV.^a
dium maritus inuita muliere per legem Iuliam pro-
hibetur alienare³, quamuis ipsius sit⁴, uel mancipa-
4. tum ei dotis causa, uel in iure cessum, | uel usu-
captum⁵. quod quidem ius utrum ad Italica tantum
| praedia, an etiam ad prouincialia pertineat, dubita-
tur⁶. | §. 64. Ex diuerso agnatus furiosi curator rem
furiosi alienare potest ex lege XII tabularum; item
8. procurator ** | *****⁷; item
creditor⁸ pignus ex | pactione, quamuis eius ea res

⁹ Sched. *usureceptio*. In Cod. sine dubio est *usureceptio*.
Conf. not. 7. ¹⁰ Cod. *praediatura* i. e. praediatura. Librarius
pag. 178. lin. 15. (conf. Commentar. III. §. 193.) pari com-
pendio pro *naturae* scripsit *natae*. Novum sane est uerbum
praediatura.

§. §. 62—64. ¹ *alienandae* (Sched. *alienandae*) etc. Inst. *alienare non possit et contra*. ² *alienare* (Sched. *alienare*)
possit. Inst. *alienandae rei potestatem habeat*. ³ Sched.
alienare. ⁴ *sit*. Sched. *sit*. ⁵ Inst.: *quamuis ipsius sit*
dotis causa si datum. ⁶ Sched. *o* (vel *u*) *ub* (vel *h*, vel *l*) *tca-*
tur. ⁷ Sched. *procurator* (*procurator*) *ic* (?) *pi* (?) *ca* (vel *p*) *ca*
(vel *a*) *uuu* (vel *u*, vel *o*) *c* (?) *riscan* *c* (vel *o*) ⁸ Sched. *creditor* (?)

§. 62. pr. I. quib. alien. lic. vent. Lib. II, cap. 50. Auctor
§. 63. Nam — — — usu- ad Herennium, Lib. I, cap. 13.
captum. cit. pr. I. quib. alien. item procurator. Conf. L. 9.
lic. conferendum et in reliqua §. 4. de acquir. rer. dom. (ex
huj. §. parte. Nostri Reb. cottid.) §. 43. I.
§. 64. agnatus — — tabu- de divis. rer. item creditor
larum. Conf. Cicero, de In- etc. §. 1. I. quib. alien. lic.

non sit⁹. sed hoc forsitan |ideo uideatur¹⁰ fieri, quod uoluntate debitoris intel|legitur pignus alienari, qui olim¹¹ pactus est, ut lice|ret creditori pignus uendere, 12. si pecunia non |soluatur¹².

§. 65. Ergo ex his, quae diximus, ap|paret, quaedam naturali iure alienari, qualia sunt |ea, quae traditione alienantur; quaedam ciuili, |nam mancipationis et in iure cessionis et usucapionis |ius proprium est ciuium Romanorum. 16.

§. 66. Nec tamen ea tantum, quae traditione Nec nostra fiunt, |naturali nobis ratione acquiruntur, sed etiam * |occupando *****¹ quia 20. antea nulli|us essent: qualia sunt omnia, quae terra, mari², coelo |capiuntur. §. 67. Itaque si feram³ bestiam, aut uolucrum, aut pis|cem ***** captum ***** |***** eousque⁴ no- 24.

⁹ item creditor etc. Inst.: Contra autem creditor p. e. p., q. e. e. r. n. sit, alienare potest. Cujus diversitatis ratio ea est, quod quae hic praecedunt, in Inst. omissa sunt. ¹⁰ Inst. uidetur ¹¹ Inst. ab initio contractus. ¹² Sequitur spatium vacuum.

§. §. 66—69. ¹ Sched.: sed etiam **(?) |occupando idem(?) scp(velr)u(vel)crmus An: s. e. q̄. (quae) o. ideo adquisierimus? ² Cod. marique ³ Librarius pro ferā, vel feram, id enim sententia postulat, scripsit cer a (sic!), quod sensu caret. ⁴ Sched.: pi|cem ccpqsa***** captum *oc ————— |sus ————— que Sententia plana est: si f. b., a. u., a. piscem ceperimus, quidquid ita captum fuerit, id sta-

§. 65. Ergo — — ciuili. Conf. L. 1. pr. de acquir. rer. domin. (ex Nostri Reb. cottid.) §. 11. I. de divis. rer. nam mancipationis etc. Conf. Boethius, Commentar. in Topic. Cicer. Lib. III. (ad cap. 5.) Vipianus, Fragm. XIX, §. 4. Cicer. de Offic. Lib. I, cap. 12.

§. 66. Conf. cit. L. 1. de a. r. d. §. 1. L. 3. pr. eod. (ex Nostri Reb. cottid.) §. 12. I. de divis. rer. §. 67. Conf. cit. L. 3. de a. r. d. §. 2. L. 5. pr. eod. (ex Nostri Reb. cottid.) cit. §. 12. I. de divis. rer.

strum esse intellegitur, || donec nostra custodia coercedatur. cum uero custodia nostram euaserit et in natura-^{70.}

LXXXV. b.

7. naturalem libertatem se⁵ receperit, rursus occupantis fit,

4. quia nostrum⁶ esse desinit. naturalem autem libertatem recipere uidetur, cum aut oculos nostros euaserit, | aut licet in⁷ conspectu sit nostro, difficilis tamen sit | rei persecutio⁸. §. 68. In iis autem animalibus,

8. quae ex consuetudine abire et redire solent, ueluti columbis | et apibus, item ceruis, qui in siluas ire et redire solent, talem habemus regulam traditam, ut si

12. reuertendi animum habere desierint, etiam nostra esse desinant, et fiant occupantium⁹. reuertendi autem animum uidentur desinere habere, cum¹⁰ | reuertendi

Ea. consuetudinem deseruerint. | §. 69. Ea quoque, quae

16. ex hostibus capiuntur, naturali ratione nostra fiunt.

| §. 70. Sed et id, quod per alluionem nobis adii-
citur, eodem iure nostrum fit. per alluionem autem uidetur adiacere, quod ita paulatim¹ flumen agro nostro

20. adiacet², ut aestimare non possimus, | quantum quoquo momento temporis adiacetur. | hoc est, quod uolgo dicitur, per alluionem id adiacere uideri, quod ita paulatim nostrum fit, et eousque etc.

⁵ Cod.: naturalem se libertatem se

⁶ Sched. nostra ⁷ Cod. an ⁸ Sched.: /// (pro fit, ut opinor) | rei persecutio sit

⁹ ut si etc. Inst.: nam si

r. a. h. d., etiam tua esse desinunt et fiunt occupantium.

¹⁰ Inst.: habere tunc, cum. Omittit tamen uocem tunc Bien.

§. §. 70—78. ¹ Cod.: ita uidetur adiacere (adiacere) q (quod) ita paulatim

² Cod. pro adiacet (adiacere) exhibet dicit

§. 68. Conf. cit. L. 5. de a. r. d. §. 7. §. 17. I. de diuis. rer. §. 5. §. 15. I. de diuis. rer.

ut si reuertendi etc. cit. §. 15. I. §. 70. Conf. L. 7. §. 1. de acquir. rer. domin. (ex Nostri Reb. cottid.) §. 20. I. de diuis. rer.

§. 69. Conf. cit. L. 5. de a.

latim adiiicitur, ut oculos nostros fallat. §. 71. Quodsi flumen partem aliquam ex tuo praedio de(*traxe*)rit et 24.

71.
XCV. a.

ad meum praedium attulerit, haec pars tua manet.

§. 72. At si in medio flumine insula nata sit, haec eorum omnium communis est, qui ab utraque parte fluminis prope ripam praedia possident. si uero non sit in medio flumine, ad eos pertinet, qui ab ea parte, quae proxima est, iuxta ripam praedia habent. 4.

§. 73. Praeterea id, quod in solo nostro ab aliquo aedificatum est, quamuis³ ille suo nomine aedificauerit, iure naturali nostrum fit, quia superficies solo cedit. 8.

§. 74. Multoque magis id accidit et in planta, quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit. §. 75. Idem contingit et in frumento⁴, quod in solo nostro ab aliquo satum fuerit. 12.

§. 76. Sed si ab eo petamus fructum, uel aedificium, et inpensas in aedificium, uel in seminaria, uel in sementem, factas ei soluere nolimus, poterit nos per exceptionem doli mali repellere; utique si bonae fidei possessor fuerit. 16.

§. 77. Eadem ratione probatum est, quod in chartulis siue membranis meis aliquis scripserit, licet aureis litteris, meum esse, quia litte-

³ Cod. *quis*; pro *quis* i. e. *quamuis*. ⁴ Sched. *p̄m̄o*; pro *frum̄to*

§. 71. Conf. cit. L. 7. de a. r. d. §. 2. §. 21. I. de divis. rer.

§. 72. Conf. cit. L. 7. de a. r. d. §. 3. §. 22. I. de divis. rer.

§. 73. Conf. Epitome II, 1, §. 4. cit. L. 7. de a. r. d. §. 12. §. 30. I. de divis. rer.

§. 74. Conf. Epitome II, 1, cit. §. 4. cit. L. 7. de a. r. d. §. 13. §. 31. I. de divis. rer.

§. 75. Conf. Epitome II, 1, cit. §. 4. L. 9. pr. de a. r. d. (ex Nostri Reb. cottid.) §. 32. I. de divis. rer.

§. 76. Conf. Epitome II, 1, §. 6. cit. L. 7. §. 12. cit. L. 9. pr. de a. r. d. cit. §. §. 30. et 32. I. de divis. rer.

§. 77. Conf. Epitome II, 1, cit. §. §. 4. et 6. cit. L. 9. de a. r. d. §. 1. §. 33. I. de divis. rer.

20. *rae* | chartulis siue membranis cedunt. itaque si ego | eos libros easque membranas petam, nec inpen|sam scripturae solutam, per exceptionem doli mali |sum-moueri potero. §. 78. Sed si in tabula mea aliquis
 24. | pinxerit uelut imāginem, contra probatur: ||magis ^{72.}
 enim dicitur, tabulam picturae cedere. | cuius diuersi- XCV. b.
 tatis *** alioea ratio redditur *** |**⁵. secundum hanc
 4. regulam, si me possidente petas, imaginem tuam esse, nec soluas pretium tabulae, poteris per exceptionem doli mali summoueri⁶. at si tu possideas, consequens est, ut utilis mihi actio aduersum te | dari debeat⁷:
 8. quo casu, nisi solutam impensam pictu|rae, poteris me per exceptionem doli mali repellere; utique si bona fide⁸ pos|sessor fueris⁹. illud palam est, quod siue tu subripuisset ta|bulam, siue alius, competit mihi furti actio¹⁰.

In. | §. 79. In aliis quoque speciebus naturalis ratio

i. e. frumento. ⁵Sched. ***|cs ⁶ secundum etc. Inst.: Vnde si a domino tabulae imaginem possidente is, qui pinxit, eam petat, nec soluat pretium tabulae, poterit p. e. d. m. s. ⁷ Cod. debet ⁸ bona fide. Cod. *b̄f* Posuissem bonae fidei, nisi et in Inst. et in Dig. bona fide scriptum esse animadvertissem. ⁹ at si etc. Inst.: At si is, qui pinxit, possideat (Hal.: eam possideat), consequens est, ut utilis actio domino tabulae aduersus eum detur: quo casu si non soluat impensam picturae, poterit per exceptionem doli mali repelli, utique si bona fide possessor fuerit ille, qui picturam imposuit. ¹⁰ illud etc. Inst.: Illud enim palam est, quod siue is, qui pinxit, subripuit tabulam (Hal. tabulas), siue alius, competit domino tabularum furti actio.

§. 78. Conf. cit. L. 9. de a. r. d. §. 2. §. 34. L. de divis. rer. Epitome II, 1, cit. §. §. 4. et 6. secundum hanc regulam etc. cit. §. 34. l.

§. 79. In aliis ——— Cas. sio. Conf. L. 7. §. 7. de acquir. rer. domin. (ex Nostri Reb. cottid.) §. 25. l. de diuis. rer. Epitome II, 1, §. 5.

(idem) requirit. *proinde*¹ | si ex uuis, (aut oliuis, aut 12.
spicis) meis uinum, aut oleum, aut frumentum | fece-
 ris, quaeritur, utrum meum sit id uinum aut | oleum
 aut frumentum, an tuum. item si ex auro | aut ar-
 gento² meo uas aliquod feceris, aut ex *meis*³ | tabu- 16.
 lis nauem aut armarium aut subsellium fa|bricaueris;
 item si ex lana mea uestimentum fe|ceris, uel si ex
 uino et melle meo mulsum feceris, siue ex medica-
 mentis meis emplastrum aut collyri|um feceris: (quae- 20.
 ritur), an meum (sit). quidam materiam et substan-
 |tiam⁴ spectandam esse putant, id est, ut cuius mate-
 |ria sit, illius et res, quae facta sit, uideatur *esse*⁵;
 idque | maxime placuit Sabino et Cassio. alii uero eius
 rem⁶ | esse putant, qui fecerit; idque maxime diuer- 24.

73. sae scholae auctoribus uisum est: || sed eum quoque,
 XC. a. cuius materia et substantia | fuerit⁷, furti aduersus
 eum, qui subriperit, habe|re actionem; nec minus ad-
 uersus eundem con|ditionem ei competere, quia⁸ ex- 4.
 tinctae⁹ res, licet | uindicari non possint, condici tamen
 furibus et quibus|dam aliis possessoribus possunt.

|| III. De pupillis, an aliquid a se alienare possint.

§. 80. Nunc admonendi sumus, neque feminam, ne- 8.
 Nunc.

§. 79. ¹ *proinde*. Sched. p. ² Cod. *argumento* ³ Sched. :
 ex ** (?) ⁴ Sched. **quodam* (vel *quodam*) | *nam* In Cod., opinor,
 est substā|tiam i. e. substantiam. Conf. not. 7. ⁵ *esse*.
 Sched. ** ⁶ *eius* (eius) *rem*. Sched. *** *rem* ⁷ et sub-
 stantia fuit (fuerit). Sched. *et substantia fuit* ⁸ Cod. qui
 Inst. nam. ⁹ Cod. *extincta*, et mox *possit*, in fine autem
 huius articuli *possunt* exhibet. Reposui *extinctae* et *possint*,
 ut est in Inst.

alii — — uisum est. Conf. cit. §. 26. I. de diuis. rer. quia
 L. 7. §. 7. cit. §. 25. I. sed etc. cit. §. 26. I.
 eum — — — competere. Conf. §. 80. Conf. Commentar. I.

- que | pupillum sine tutore auctore rem mancipi alienare posse; nec mancipi uero feminam quidem posse, pupillum non | posse. §. 81. Ideoque si quando mulier
12. mutuam pecuniam alicui sine tutore auctore dederit, quia facit eam accipientis, cum scilicet ** pecunia res nec mancipi sit, contrahit obligationem. §. 82. At si pupillus idem fecerit, quia *pecuniam non facit accipientis*¹, nullam | contrahit obligationem. unde pupillus uindicare quidem nummos suos potest, sicubi extant, id | est, *****
20. | ***** repetere potest ***** | ***** unde² de pupillo quidem quaeritur, an nummos, quos³ mutuos dedit, ab eo, qui accepit⁴ ***** | ***** se non ***** possit, quoniam ***⁵ | _____
24. | §. 83. *****⁷ nec mancipi mulieribus || et pupillis sine tutore auctore⁸ solui possunt, quoniam meliorem | condicionem suam facere iis etiam sine tutore auctore concessum est. §. 84. Itaque si

74.
XC. b.

§. §. 80—85. ¹ Desiderantur litterae circiter 30. ² Sched.: id | est c(vel u)luc(vel u)renu(vel o)oso(?)uqcs(?)scm+lo(vel q)q(?) drrn+u+ | *or+cc(vel o)ab(vel d)eo+o repetere potest ——— | cr(?)c ***(?)de(unde). ³ Sched. num+*(?)|*(nummos) qu+ (quos). ⁴ Sched. accipit ⁵ Sched.: ——— a se non ceosp+ q+ possit quoniam // ⁶ Sched. ——— m ———
⁷ In Cod. tale quid scriptum esse censeo: At ex contrario (contrario) & (res) tam incipi (mancipi) q (quam).
⁸ Sched. p | a In Cod. sine dubio est s. i. a. i. e. sine tutore

§. 192. nec non huj. Commentar. §. §. 47. et 85. item Vlpianus, Fragm. XI, §. 27. et §. 2. I. quib. alien. lic.
 §. 82. Conf. cit. §. 2. I. quib. alien. lic.
 §. 83. nec — possunt. Conf.

cit. §. 2. I. quib. alien. lic. quoniam etc. Conf. pr. I. de auctorit. tutor.
 §. 84. Conf. cit. §. 2. I. quib. alien. lic. et ad eam Theophilus; item Cicero, Topic. cap. 11.

debitor pecuniam pupillo soluat, facit quidem pecuniam pupilli, sed ipse non liberatur, quia nullam obligationem pupillus sine tutore auctore dissolvere potest, quia nullius rei alienatio ei sine tutore auctore concessa est. set tamen si ex ea pecunia locupletior factus sit, et adhuc petat, per exceptionem doli mali summoneri potest. §. 85. Mulieri uero etiam sine tutore auctore recte solui potest: nam qui soluit, liberatur obligatione, quia res nec mancipi, ut proxime diximus, a se dimittere mulier et sine tutore auctore potest. quamquam hoc ita est si accipiat pecuniam: at si non accipiat, set ¹⁰ (*acceptam*) habere se dicat, et per acceptilationem uelit debitorem sine tutore auctore liberare, non potest.

§. 86. Acquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eos, quos in potestate manu, mancipio²ue habemus. item per eos³ seruos, in quibus *usumfructum*⁴ habemus. item per homines liberos et seruos alienos, quos bona fide possidemus. de quibus singulis diligenter⁵ dispiciamus. §. 87. Igitur (*quod*) liberi nostri, quos in potestate habemus, item⁶ quod serui (*nostr*)i mancipio accipiunt,

auctore. ⁹ Sched. ps.; pro *p^re*. i. e. potest. ¹⁰ Sched. *(?)* c.
 §. §. 86. — 96. ^{1. 2.} Verba autem, manu mancipio^{ue}, eos neque in Dig., neque in Inst. leguntur, excepta, quantum ad vocem *eos* pertinet, Bien. Inst. ed. ⁴ *uf.* (*usumfructum*). Sched. *uf*
⁶ Dig. et Inst. *diligentius*. ⁶ *item*. Sic etiam Inst. Dig. *igi-*

§. 85. Conf. infra Commentar. III. §. 171. item Cicero, Topic. cit. cap. 11. *ut proxime diximus*. Vid. §. 80.

§. 86. L. 10. pr. de acquir. rer. domin. in scripta: Gajus Libro II. Institutionum. pr. I.

per quas person. nob. acquir. Conf. Vlpianus, Fragm. XIX. §. 18. Epitome II, 1, §. 7.

§. 87. Conf. Vlpianus, Fragm. XIX, §. §. 18. 19. Epitome II, 1, cit. §. 7. *Igitur quod li-*

- uel⁷ ex traditione | nanciscantur, siue quid stipulen-
 24. tur, uel ex **alia** qualibet⁸ causa adquirant⁹, id no-
 bis acquiritur: ipse **is**, enim, || qui¹⁰ in potestate
 nostra¹¹ est, nihil suum habere potest. | et ideo¹² si
 heres institutus sit, nisi nostro iussu, hereditatem | adire
 non potest; et si subentibus nobis adierit, heredita-
 4. tem¹³ | nobis acquirit, proinde¹⁴ atque si nos ipsi
 here|des instituti essemus. et conuenienter¹⁵ scilicet
 legatum | per eos nobis¹⁶ acquiritur. §. 88. Dum ta-
 men sciamus, si alterius | in bonis sit seruus, alterius
 8. ex iure Quiritium, ex omnibus causis | ei soli per eum
 acquiri, cuius in bonis¹⁷ est. §. 89. Non solum | au-
 tem proprietas per eos, quos in potestate habe|mus,

75.
LXXXVI.a.

tur: nulla enim ibi liberorum fit mentio. ⁷ Verba *mancipio*
accipiunt uel in Dig. et Inst. omiſſa sunt. ⁸ *alia qualibet.*
 Sched. *qualibet.* Dig. et Inst.: *qualibet alia.* ⁹ Cod. *ad-*
quiri ¹⁰ Sched. *ipse ** enim || qui* In Dig. Flor. *ipse enim*
qui legitur; Hal. autem lectio, quam tuentur etiam Inst., sic
 habet: ipse enim *seruus* qui ¹¹ Sched. *noſtra* Dig. *alterius*:
 et sic etiam in Inst. legitur, nisi quod ap. Bien. est *alicujus*.
¹² et ideo. Dig. *Ideoque.* Inst. *Sed.* ¹³ Sched. *hæc*; pro
hæc i. e. hereditatem. Dig. et Inst. *hereditas*, et mox *adquiri-*
tur. ¹⁴ Dig. et Inst. *perinde.* ¹⁵ et conuenienter Sic etiam
 Inst. In Dig. Florentiæ et *his conuenienter*; ap. Hal. autem
 et *ex his conuenienter* legitur. ¹⁶ Dig.: scilicet legatum (Hal.:
legatum scilicet) *nobis per eundem* (Hal. *eosdem*). Inst.:
 scilicet *nobis* (Hal. *vobis*) legatum per eos. Bien. lectio a
 nostra eo solo differt, quod pro *nobis* exhibet *vobis.* ¹⁷ per
 etc. Cod.: *pro eum adqrit* (adquiritur) cuius in *bonis*

bonis etc. Conf. §. 1. I. per
 quas person. nob. acquir.
 item quod seruus. etc. cit. L. 10.
 de a. r. d. §. 1. §. 3. l. p. q.
 p. n. a.
 §. 88. Conf. Vlpianus, Fragm.

XIX, §. 20. item supra Com-
 mentar. I. §. 54. et infra Com-
 mentar. III. §. 166.
 §. 89. cit. L. 10. de a. r. d.
 §. 2. cit. §. 3. l. p. q. p. n. a.

adquiritur nobis, sed etiam¹⁸ possessio. cuius¹⁹ enim
 |rei possessionem adepti fuerint, id nos posside|re uide- 12.
 mur. unde etiam per eos usucapio proce|dit²⁰. §. 90.
 Per eas uero personas, quas²¹ in manu |mancipioe
 habemus, proprietates quidem adquire|tur nobis ex
 omnibus causis, sicut per eos, qui in potestate no- 16.
 stra sunt: an autem possessio adquiratur |quaeri so-
 let, quia ipsas non possidemus. |§. 91. De his au- De.
 tem seruis, in quibus tantum usumfructum habemus,
 ita |placuit, ut quidquid ex re nostra, uel ex operis
 suis adquirant²², id nobis adquiratur; quod²³ uero 20.
 extra eas |causas (*persecuti sint*)²⁴, id ad dominum
 proprietatis pertineat. itaque si iste²⁵ seruus heres in-
 stitutus sit, legatumue quod ei |datum fuerit²⁶, non
 mihi, sed domino proprietatis adquire|tur. §. 92. Idem 24.
 placet de eo, qui a nobis bona fide possidetur, || siue
 liber sit, siue alienus seruus. quod enim placuit de

76.
LXXXVI. b.

¹⁸ Sched. et In Cod., ut opinor, est *et*. i. e. etiam; sic enim
 tam in Dig., quam in Inst. legitur. ¹⁹ Dig. secundum Flor.
 lectionem *cujusque*, secundum vulgat. et Hal. *cujuscumque* ex-
 hibent: posteriorem lectionem Inst. tuentur. ²⁰ unde etc.
 Dig.: unde etiam per *eorum longam possessionem dominium*
nobis adquiritur. Inst.: unde etiam per eos usucapio, *vel*
longi temporis possessio nobis (Hal. et Bien. *vobis*) *accedit*.
 In Cod. vocem *procedit* sequitur spatium vacuum. ²¹ Sched.
gas ²² Cod. *adquirunt*, et sic vulgo in Dig. quoque legitur:
 sed Flor. Cod. et Hal. ed. nec non Inst. *adquirant* exhibent.
²³ *quod*. Sic etiam Inst. Dig. *si quid*. ²⁴ E Dig. ²⁵ Dig.
 et Inst. *is*. ²⁶ Dig.: legatumue *quid, aut ei donatum fuerit*.

§. 91. cit. L. 10. de a. r. d. §. 92. cit. L. 10. de a. r. d.
 §. 3. §. 4. I. p. q. p. n. a. §. 4. cit. §. 4. I. p. q. p. n. a.
 Conf. Epitome II, 1, cit. §. 7. Conf. Vlpianus, Fragm. XIX,
 Vlpianus, Fragm. XIX, §. 21. cit. §. 21. item infra Commen-
 item infra Commentar. III, tar. III, §. 164.
 §. 165.

- usufructuario, idem²⁷ probatur etiam de bonae fidei²⁸ possessore. itaque quod extra duas istas causas
4. acquiritur, id uel ad ipsum pertinet si liber est, uel ad dominum si seruus est²⁹. §. 93. Sed si bonae fidei p^rossessor usuceperit seruum³⁰, quia eo modo dominus fit, ex a^mni causa³¹ per eum sibi acquirere potest. | Usufructuarius uero usucapere³² non
8. potest: primum quia non possidet, set habet ius utendi et³³ fruendi; deinde quia³⁴ scit, a^lienum seruum³⁵ esse³⁶. §. 94. De illo quaeritur, an per eum seruum, | in quo usumfructum habemus, possidere aliquam rem | et usucapere possimus³⁷, quia ipsum non possidemus.
12. Per | eum uero, quem bona fide possidemus, sine dubio et possidere et usucapere possumus. Loquimur autem in utriusque persona secundum distinctionem, quam proxime exposuimus; id est, si quid³⁸ ex re

Inst.: legatumve quid ei, aut donatum fuerit. ²⁷ Sched. id Librarius haud dubie scripsit id., puncto adjecto illud significans, non id legendum esse, sed idem, ut est in Dig. et Inst. ²⁸ Sched. bf Dig. bonae fidei. In Inst. Cuj. quidem et Bien. bona fide exhibent; Hal. autem bonae fidei. ²⁹ Cod. sic Dig. et Inst. est. ³⁰ Dig. et Inst.: Sed bonae fidei possessor cum usuceperit seruum. Sched. pro possessor etc. exhibent p ————— — p.: desiderantur autem inter p et p. litterae circiter 23. In Cod. sic scriptum puto: possessor usuceperit seruum. (seruum). ³¹ Sched. ** (ex) *mni (omni) c̄ (causa) Dig. et Inst.: ex omnibus causis. ³² Dig.: usucapere seruum (Cod. Rehd.: seruum alienum). In Inst. nihil adijcitur. ³³ et deest in Dig. et Inst. ³⁴ quia. Sic etiam Inst. Dig. quoniam. ³⁵ Dig. et Inst.: seruum alienum. ³⁶ ee. Sched. e. ³⁷ Cod. p̄sumus ³⁸ Inst. quam possessionem.

§. 93. cit. L. 10. de a. r. d. §. 4. I. p. q. p. n. a. confe-
 §. 5. cit. §. 4. I. p. q. p. n. a. renda ad priorem quoque huj.
 §. 94. Loquimur etc. cit. §. partem.

nostra uel ex operis | suis³⁹ | adquirant⁴⁰, id nobis ad- 16.
 quiritur⁴¹. §. 95. Ex his⁴² | apparet, | per liberos
 homines, quos neque iuri nostro⁴³ | subiectos habemus,
 neque bona fide possidemus, item per alienos ser- 19. 20.
 tuos, in quibus neque usumfructum habemus⁴⁴, neque iustam
 possessionem⁴⁵, | nulla ex causa nobis | adquiri posse.
*et hoc est, quod dicitur*⁴⁶, per extraneam personam
 nihil | adquiri *posse* ***** | ***** quae-
 ritur, anne ***** | nobis | adquiratur⁴⁷. §. 96. 24.

77.
 XCIX. a.

In summa sciendum est, his, qui in⁴⁸ || potestate
 iurana, mancipioe sunt, nihil in iure cedi | posse.
 cum enim istarum⁴⁹ personarum nihil suum esse

³⁹ Inst.: suis operis (Cuj. et Bien. operibus). ⁴⁰ Inst. adepti fuerint. ⁴¹ id etc. in Inst. omittitur. ⁴² Inst.: Ex his itaque. ⁴³ Inst.: nostro (Hal. et Bien. vestro) iuri. ⁴⁴ In Cod. post habemus per errorem repetita sunt verba praecedentia; sequitur enim: item p alienos seruos | in quibus neque uf. ⁴⁵ Sic etiam in Inst. Bien. Cuj. et Hal.: possessionem iustam. ⁴⁶ Ex Inst. ⁴⁷ Sched.: nihil adquiri — — — | — — — queritur ane p — — — | nobis | adquiratur Cōbicipere possis, in Cod. sic esse: nihil adquiri p'se (posse) excepta p'sessione (possessione) de ea ex (enim) queritur ane p (per) liberā. (liberam) pson (personam) | nobis | adquiratur. Inst. sic habent: Et hoc est, q. d., p. e. p. n. a. posse, excepto eo, quod per liberam personam, veluti per procuratorem, placet, non solum scientibus, sed et ignorantibus nobis | adquiri possessionem, secundum divi Severi constitutionem, et per hanc possessionem etiam dominium, si dominus fuerit qui tradidit, vel usucapionem aut longi temporis praescriptionem, si dominus non sit. Hoc jus, quod utilitatis ratione receptum esse in L. 1. C. de acquir. possess. affirmant Imperatores Severus et Antoninus, Gaji nostri temporibus fortasse nondum habebatur pro certo atque explorato. ⁴⁸ ē. (est) his q (qui) in. Sched. * iis * * * ⁴⁹ Cod.

§. 95. Ex his — — — nihil huj. artic. parte.
 adquiri posse. §. 5. l. p. q. p. §. 96. cum enim — suum
 n. a. conferenda et in reliqua esse possit. Conf. supra §. 87.

possit, connexiensi est scilicet, ut nihil omnino⁵⁰ in
4. iure uindicare possint.

§. 97. (*Hactenus*)² tantisper admonuisse sufficit, quemadmodum singulae res nobis adquirantur. nam
8. legatorum ius, quo et ipso singulas res adquirimus³, opportunius alio⁴ loco referemus. Videamus itaque nunc, quibus modis per uniuersitatem res nobis⁵ ad-
Si. quirantur. §. 98. Si cui⁶ heredes facti sumus, siue
12. cuius bonorum possessionem⁷ petierimus, siue cuius bona emerimus⁸, siue⁹ quem adrogauerimus, siue quam¹⁰ in manum ut uxorem receperimus¹¹; eius res¹² ad nos transeunt.

§. 99. Ac prius¹ de hereditatibus dispiciamus, quarum duplex condicio est: nam uel ex testamento,
16. uel ab intestato ad nos pertinent.

pro *istar*³ (*istarum*) exhibet *star*⁵⁰ Sched.: nihil *uui* (vel *u*)
onc p'se Ductus *uui* *onc* ad vocem *omnino* refero, sequens autem *p'se* (posse) librarii errori tribuo.

§. §. 97. 98. ¹ Linea vacua. ² Hujus quoque lineae principium vacuum reliquisse videtur librarius: explevi ex Inst. ³ Sched.: *singulae & (res) adquirimus*. Inst.: *singulae res nobis (Hal. et Bien. vobis) adquiruntur, item fideicommissorum, ubi singulae res nobis (Hal. et Bien. vobis) relinquuntur.* ⁴ Insti: *inferiore.* ⁵ *nobis.* In Inst. ap. Hal. et Bien. *vobis* legitur; ap. Cuj. autem nullum adjicitur pronomen. ⁶ Inst.: *Si cui ergo.* ⁷ *bonorum possessionem.* Sched. *bp.* ⁸ *siue cuius bona emerimus.* Haec in Inst. ommissa sunt. ⁹ Inst. *vel si.* ¹⁰ Cod. *quem* ¹¹ In Inst. verbis *siue quam in manum* etc. substituta leguntur haec: *vel si cuius bona libertatum conservandarum causa nobis (Hal. et Bien. vobis) addicta fuerint.* ¹² Inst.: *res omnes.*

§. 99. ¹ Cod. *primus.*

§. 97. §. 6. I. per quas person. nob. acquir. n. a. Conf. Epitome, II, 2, pr. §. 99. cit. §. 6. I. p. q. p.
§. 98. cit. §. 6. I. p. q. p. n. a.

§. 100. Et prius est, ut de his dispiciamus, quae nobis ex testamento¹ obveniunt.

§. 101. Testamentorum autem genera initio duo fuerunt. |nam aut calatis comitiis faciebant, quae comitiis bis in anno testamentis faciendis destinata erant, 20.

aut in procinctu, id est, cum belli causa ad pugnam ibant; procinctus est enim expeditus et armatus exercitus. alterum itaque in pace et in otio faciebant, alterum in proelium exituri. §. 102. Accessit deinde 24.

78.
XCIX. b.

tertium ||genus testamenti¹, quod per (ae)s et libram agitur. qui neque calatis comitiis, neque in procinctu testamentum fecerat, is, si subita morte |urguebatur, amico familiam suam, id est, patrimonium suum man- 4.

cipio dabat, eumque rogabat, quid cuique post mortem suam dari² uellet. quod testamentum dicitur per aes et libram; scilicet quia per mancipationem peragitur. §. 103. Sed illa quidem duo genera *testamen- 8.

Sed.

§. 100. ¹Inst.: ex testamento nobis (Hal. et Bien. vobis).

§. §. 101—108. ¹Sched. / In Cod. sine dubio est t: libarius enim, qui siglo t^o aliquoties expressit vocem *testamento*, hoc loco vocem *testamenti* simili compendio notasse putandus est. ²Cod. *dare* Sed legendum *dari*. Conf. infra lin. 14.

§. 100. cit. §. 6. I. p. q. p. n. 2.

§. 101. Conf. §. 1. I. de testam. ordin. Gellius, Lib. XV, cap. 27. Vlpianus, Fragm. XX, §. 2. quae comitia — erant. Conf. Theophilus, II, 10, §. 1. in procinctu etc. Conf. Theophilus, loc. cit. Plutarchus, in Coriolano, cap. 9. (pag. 217.) Festus, sub vocib. Endoprocinctu et Procincta. Servius Danielis, ad Aeneid.

Lib. VII, vers. 612. Cicero, de Natur. deor. Lib. II, cap. 3.

§. 102. Conf. cit. §. 1. I. de test. ord. Gellius, Lib. XV, cit. cap. 27. Vlpianus, Fragm. XX, cit. §. 2. qui neque — — dari uellet. Conf. Theophilus, II, 10, cit. §. 1.

§. 103. Sed — — retentum est. Conf. cit. §. 1. I. de test. ord. Vlpianus, Fragm. XX, cit. §. 2. sane nunc aliter etc. Conf. Theophilus, II, 10, cit. §. 1.

torum³ in desuetudinem abferunt; hoc uero solum, quod⁴ per aēs et libram fit, in usū retentum est.

sane nunc aliter⁵ ordinatur, atque olim solebat. nam-

12. que olim familiae emptor, id est, qui a testatore familiam accipiebat mancipio, heredis locum optinebat, et ob id ei mandabat testator, quid cuique post mortem suam dari uellet. nunc uero alius heres testa-

16. mento⁶ instituitur, a quo etiam legata relinquuntur, alius dicis gratia propter ueteris iuris imitationem⁷

21. familiae emptor adhibetur §. 104. Et aequae res ita agitur. qui facit, adhibitis, sicut in ceteris mancipationi-

20. bus, ⁸ testibus ciuibus Romanis puberibus et libripende, postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui dicis gratia familiam suam. in qua re his

Fam. uerbis familiae emptor utitur: FAMILIAM⁹ PECV-

24. NIAMQVE TVAM ***** |*****¹⁰
 MEA, QVO TV IVRE TESTAMENTVM || FACERE POSSIS
 SECVNDVM LEGEM PVBLICAM, HOC AERE,
 et ut quidam adiiciunt, AENEAQVE LIBRA ESTO

79-
 XL. a

³ Sched. In Cod., ut opinor, est *ttor*. i. e. testamentorum. Sav. Librarius alibi pari ratione pro *testamentaria*, *testamentariae* scripsit *ttaria*, *ttariae*. ⁴ Sched.: hoc uero q solum q

⁵ Sched. alter ⁶ Sched. In Cod., ut opinor, est *t*^o i. e. testamento. ⁷ Sched. *ationem* Legendum *imitationem*. Conf. §. 105. ⁸ Sched. *amcus*

⁹ Sched. *amcus* ¹⁰ Sched. *and(?)u(?)mand(?)arcl(?)s(?)* | *amcus* (?)^{oo}(vel *d*)*claque* Primi igitur ductus ita comparati sunt, ut *ando* mandato, ultimi, ut *tutelaque* in Cod. scriptum esse

§. 104. *Eaque* — — — *familiam suam*. Conf. cit. §. 1. I. de test. ord. Vlpianus, Fragm. XX, §. 2. 9. *sicut in ceteris mancipationibus*. Conf. supra Commentar. I. §. 119. *in qua re* — — — *uelut pretii loco*. Conf. Theophilus, II, 10, cit. §. 1. *deinde testator* — — — *nuncupatio*. Conf. Vlpianus, Fragm. XX, cit. §. 9.

MIHI EMPTA. deinde, aere percutit libram, idque aes
 dat | testatori, uelut pretii loco. deinde testator tabulas 4.
 testamenti tenens ita dicit: | HAEC ITA¹¹, VT IN Haec.
 HIS TABVLIS CERISQVE¹² SCRIPTA SVNT, ITA | DO,
 ITA LEGO, ITA TESTOR¹³, ITAQVE VOS, QVIRITES,
 TESTIMO|NIVM MIHI PERHIRE TOTE¹⁴...et hoc di- 8.
 citur nuncupatio: | nuncupare est enim palam nomi-
 nare: et sane, quia testator specialiter, in tabulis testa-
 menti scripserit, ea videtur generali sermone nomi-
 nare | atque confirmare. §. 105. In testibus autem 12.
 non debet is esse, qui in | potestate est aut familiae
 emptoris, aut ipsius testatoris, quia propter ueteris iu-
 ris imitationem | totum hoc negotium, quod agitur
 testamenti¹⁵ ordinandi¹⁶ gratia, creditur inter fami- 16.
 liae emptorem agi et testatorem: quippe olim, ut
 proxime diximus, is, qui familiam testatoris manci-
 pio accipiebat, loco heredis | erat. itaque reprobatum
 est in ea re domesticum testimonium. §. 106. Vnde 20.
 et si is, qui in potestate patris est, | familiae emptor
 adhibitus sit, pater eius testis esse | non potest. at ne
 is quidem, qui in eadem potestate | est, uelut frater
 eius. Sed si filiusfamilias ex¹⁷ castrensi peculio post
 | missionem faciat testamentum, nec pater eius recte 24.

suspiceris. ¹¹ ita apud Vlp. non legitur. ¹² Vlp. cerisve.
¹³ Cod. testator. ¹⁴ Sched. phibitote Vlpiani Cod. Vatic.
 phibitote exhibet. ¹⁵ testamenti. Cod. test i, media verbi
 parte perforata, ita tamen, ut vestigia compareant litterae m.
 Librarius scripsisse videtur testami ¹⁶ Cod. ornandi. ¹⁷ Inst.

§. 105. Conf. Vlpianus, XX, §. §. 4. 5. Sed si filius-
 Fragn. XX, §. 3. §. §. 9. 10. l. familias etc. §. 9. l. de test.
 de test. ord. Conf. Vlpianus, l. 20.

§. 106. Vnde — — frater
 eius. Conf. Vlpianus, Fragn.
 §. 2. qui testam. fac. poss.

testis || adhibetur ¹⁸; nec is, qui in potestate ¹⁹ patris
est ²⁰. §. 107. De libripende eadem, quae et de

- testibus, dicta esse intellegamus: nam et is testium
4. numero est. §. 108. Is heres, qui in potestate heredis,
aut in (potestate) legatarii est, cuius heres ipse
aut legatarius in potestate est, quiq; in eiusdem po-
testate est, ab eo (qui testamentum facit), testis et li-
bripens adhiberi potest; ut ipse quoque heres aut
8. legatarius iure adhibeantur. sed tamen, quod ad he-
redem pertinet, quiq; in eius potestate est, cuius
is in potestate erit, minime hoc iure uti debemus.

^{12.} | De testamentis militum ¹. | §. 109. Sed haec ² di-
^{Set.} ligens observatio in ordinandis testamentis militibus
propter nimiam imperitiam constitutionibus Principum
remissa est. nam quamvis ⁴ neque legitimam

16. numerum testium adhibuerint, neque uendiderint fa-
miliam, neque nuncupauerint testamentum ⁵, recte
nihilominus testantur. §. 110. Praeterea permissum
est iis, et peregrinos et Latinos instituere heredes, uel
20. iis legare; cum alioquin peregrini quidem ratione ci-

de. ¹⁸ Inst.: adhibetur testis. ¹⁹ In Inst. additur ejusdem.

²⁰ Sched. sit. Sed in Cod. fuerit est, ut in Inst. legitur.

²¹ Cod. ut

§. §. 109 — 113. ¹ Cod. milium ² Inst. Supradicta.

³ Cod.: imperitia|mentistutionib. principum, Inst. pro princi-

pum exhibent principalibus. ⁴ In Inst. ii inseritur. ⁵ ne-

que uendiderint etc. Inst.: neque aliam testamentorum sollem-

§. 107. Conf. Vlpianus,
Fragm. XX, cit. §. 3.

§. 108. Conf. §. §. 10. 11. I.
de test. ord.

§. 109. pr. I. de militar.
testam. Conf. Vlpianus, Fragma.
XXIII, §. 10.

§. 110. cum alioquin pere-

grini — — legataque. Conf.
Vlpianus, Fragma. XXII, §. 3.

Latini uero etc. Conf. supra
Commentar. I. §. §. 23. 24. et
infra huj. Commentar. §. 275.

uili prohibeantur | capere hereditatem legataque, Latini
 uero per legem | Iuniam. §. 111. Caelibes quoque, qui
 lege Iulia hereditatem | legataque capere uetantur; | item
 orbi, id est, qui liberos non habent, quos lex ⁶

24.
 Item.

81.
 LXIX. a.
 b. r.

|| ***** prohibet ***** ⁷

2 — 22.

82.
 LXIX. b.

| ***** §. 112. ta-

| stamentum facere ***** ⁸ || *****

24.

***** ⁹ scilicet, ut quae tutela liberatae non essent ¹⁰

| ita testari deberent ¹¹. §. 113. Videntur ergo melio-

nitatem obseruauerint. ⁶ Folium, quo huj. pag. argumentum

continuabatur, deperditum esse, in Praefatione docui. Ceterum

Gajus eum ordinem seruasse videtur, ut, post absolutam ma-

teriam de testamentis militum, de his personis ageret, quibus

non est permissum facere testamentum: quo sane pertinent,

quae in fine pag. 81. nec non in princip. pag. 82. nobis le-

gere contigit. Itaque praeter Vlpianum, Fragm. XX, §. 10. sq.

et Tit. Inst. quib. non est permiss. fac. test. conferenda est

Epit. II, 2, §. §. 1 — 3. ubi quae leguntur haec sunt: §. 1. Id

quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamen-

tum: sicut sunt hi, qui sui juris non sunt, sed alieno juri sub-

jecti sunt, hoc est, filii, tam ex nobis nati, quam adoptiui.

§. 2. Item testamenta facere non possunt impuberes, id est,

minores quatuordecim annorum, aut puellae duodecim. §. 3.

Item et hi, qui furiosi, id est, mente insani fuerint, non pos-

sunt facere testamenta. Sed hi, qui insani sunt, per intervalla,

quibus sani sunt, possunt facere testamenta. ⁷ Sched.: pro-

hibet *iiii* (vel *p*) *hqc* *iiii* *c* Sequens linea in Sched. ita comparata

est: — — — *saio* (?) *pos* *es* *iiii* *c* *f* (?) *acii* (vel *n* pro *ii* — *facit*?) *iiii*

⁸ Sched.: — | stamentum facere — — — *iiii* (vel *r*) *cic* *ii*

⁹ Sched. anni *cxii* tab.: quam scripturam vitiosam esse mani-

festum est. ¹⁰ Sched.: ut *q̄* (quae) *tutera* (tutela) *liberatae*

(? — liberatae) *n* (non) *cni* (pro *tent* i. e. essent). ¹¹ Sched.

§. 111. Conf. infra §. §. 286.

⁶⁴⁴ §. 112. Conf. infra §. 118.

§. 113. *nam masculus* —

uolit. Conf. Epitome, II, 2,

§. 2. §. 1. I. quib. non est

permiss. fac. tes'am. Vlpia-

nus, Fragm. XX, §. 12. *femi-*

na uero etc. Conf. Vlpianus,

Fragm. XX, §. 15.

ris conditionis esse feminae, quam masculi: nam masculus minor annis ¹² XIII testamentum facere non potest, etiamsi tutore auctore | testamentum facere uel. Fem. lit; | femina uero post ¹³ XII. annum ¹⁴ testamenti faciendi ius ¹⁵ nascitur.

8. | _____ | _____ | _____ | _____ | _____

Igit. | §. 114. Igitur ² si quaeramus, an ualeat testamentum, in primis advertere ³ debemus, an is, qui id fecerit ⁴, habuerit testamentifactionem: deinde si habuerit, | requiremus, an secundum iuris ciuilis regulam ⁵ | testatus ⁶ sit; exceptis militibus, quibus ⁷ propter nimiam | inperitiam ⁸, ut diximus, quomodo uelint, uel quomodo | possint ⁹, permittitur testamentum facere.

16. §. 115. Non tamen, ut iure ciuili ¹ | ualeat ² testamentum, sufficit ea ³ observatio, quam supra exposuimus de familiae uenditione et de testibus et de | runcupationibus.

debet Locus ad restituendum sane difficilis est; illud tamen neminem fugiet, Gajum de mulierum testamentis loqui. ¹² Sched.: minor (?) ann (i. e. annis. Vid. Praefatio). ¹³ Cod. potest. ¹⁴ annum. Sched. ****sp(vel r) ¹⁵ Sched.: faciundis ius

§. 114. ¹ Linea uacua. ² Igitur deest in Dig. ³ Dig. animadvertere. ⁴ Dig.: qui fecerit testamentum. ⁵ Dig.: regulas iuris ciuilis. ⁶ testatus. Sched. ****atus ⁷ Cod. qui ⁸ inperitiam. Sched. ****ritiam ⁹ possint. Sched. ****/

§. 115. ¹ In Inst. pro iure ciuili ap. Hal. et Bien. legitur omnino, ap. Cuj. omnimodo. ² ualeat. Sched. ****at ³ Inst. haec.

§. 114. Igitur — — — testatus sit. L. 4. qui testam. fac. poss. inscripta: Gajus Libro II. Institutionum. ut diximus. Conf. §. 109. quomodo uelint, uel quomodo possint.

Conf. Vlpianus, Fragm. XXIII, §. 10.

§. 115. Non — — exposuimus. pr. I. de exheredat. liber. supra. Vid. §. 104. sq.

§. 116. Ante omnia requirendum est, an institutio heredis sollemni more facta sit: *nam* aliter facta institutione nihil proficit, familiam testatoris vita 20. venire, testesque ita adhiberi, itaque nuncupari testamentum, ut supra diximus. §. 117. Sollemnis autem Soll. institutio haec est: TITIVS HERES ESTO. sed et 24. illa iam comprobata videtur: TITIVM HEREDEM ESSE || IVBEO. at illa non est comprobata: TITIVM HEREDEM ESSE VOLO. set et illae a plerisque improbatæ sunt: HEREDEM INSTITVO, item HEREDEM FACIO.

83.
XXXVII.^a

§. 118. Observandum præterea est, ut si mulier, quae in tutela sit, faciat testamentum, (auctoribus iis, quos) tutores habet, facere debeat: alioquin inutiliter iure civili testabitur. §. 119. Praetor tamen, si septem signis testium, signatum sit testamentum, scriptis heredibus secundum tabulas testamenti **bonorum possessionem* pollicetur: (et) si nemo sit, ad quem ab intestato iure legitimo pertineat hereditas, uelut frater eodem patre natus, aut patruus, aut fratris filius,

§. §. 116. 117. ¹ n. i. e. nam. Sched. ² Sched.: ita adhibere a nuncupare Librarius pro passiva forma perperam activa usus est. Sed eum alio præterea errore lapsum esse, legendumque puto: itaque nuncupari; illud enim sententia non patitur, ut legamus: n. i. e. aut nuncupari. ³ Cod. titus ⁴ Cod. institutio

§. §. 118 — 122. ¹ ic i. e. iure civili. Sched. ² bp.

§. 116. ut supra diximus. Vid. §. 104. sq.
§. 117. Conf. Vlpianus, Fragm. XXI:
§. 118. Conf. supra Commentar. I. §. 192. et huj. Commentar. §. §. 112. et 113. infra Commentar. III. §. 43. item Vlpianus, Fragm. XX, §. 15.

Boethius, Commentar. in Topic. Cicer. Lib. II. (ad cap. 4.) §. 119. Conf. infra §. 147. sq. item Cicero, Topic. cap. 14. ibique Boethius. nam idem iuris est etc. Conf. Vlpianus, Fragm. XXVIII, §. 6. §. 2. I. de test. ord.

12. ita poterunt scripti heredes retinere hereditatem. nam idem iuris est et si alia ex causa³ testamentum non valeat, velut quod familia non uenerit, aut nuncupationis uerba testator locutus non sit. §. 120. Sed uideamus, an etiamsi frater aut⁴ patruus extent, potiores scriptis heredibus habeantur. rescripto⁵ enim Imperatoris Antonini significatur, eos, qui secundum tabulas testamenti non iure factas bonorum possessionem petierint, posse aduersus eos, qui ab intestato uindicant hereditatem, defendere se per exceptionem doli mali. §. 121. Quod sane quidem ad masculorum testamenta pertinere certum est; item ad feminarum, quae ideo non utiliter testatae sunt, quod uerbi gratia familiam non ueniderint, aut nuncupationis uerba locutae non sint: || an autem et ad ea testamenta feminarum, quae sine tutoris auctoritate fecerint, haec constitutio pertineat, uidebimus. §. 122. Loquimur autem de his scilicet feminis, quae non in legitima parentum aut patronorum tutela sunt, sed de his, quae alterius generis tutores⁶ habent, qui etiam inuiti coguntur auctores fieri. alioquin parentem et patronum, sine auctoritate eius facto testamento, non sum moueri palam est.

Item. | §. 123. Item⁷, qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum uel² heredem instituat, uel nominatim exheredet⁸: alioquin si eum silentio praeter-

i. e. bonorum possessionem. Sched. *** ³ Cod. pro causa exhibit *scito* i. e. senatusconsulto. ⁴ a. i. e. aut. Sched. §.

⁶ Sched. tutorem

§. §. 123 — 137. ¹ Inst. sed. ² uel deest in Inst. ³ no.

§. 122. Conf. supra Commentar. I. §. §. 190. et 192.

§. 123. Item — — — constituit institutio. pf. I. de ex-

ierit, inutiliter testabitur. |adeo quidem, ut nostri 12.
 praeceptores existiment, etiamsi⁴ uiuo patre filius de-
 functus⁵ sit, neminem |heredem⁶ ex eo testamento
 existere posse, quia scilicet |statim⁷ ab initio non con-
 stiterit institutio⁸. sed diuersae scholae auctores siqui- 16.
 dem filius mortis⁹ patris tempore |uiuat, sane impe-
 dimento eum esse scriptis heredi|bus et illum ab in-
 testato heredem fieri confitentur¹⁰: |si uero ante mor- 20.
 tem patris interceptus sit, posse |ex testamento here-
 ditatem¹¹ adiri putant, nullo iam filio impedi|mento;
 quia scilicet existimant, (non) statim ab initio |inutili-
 ter fieri testamentum filio praeterito. §. 124. Ceteras
 uero |liberorum personas si praeterierit testator, ualet
 |testamentum. praeteritae istae personae scriptis here- 24.
 85. dibus in ||partem ad**crescunt*.¹²: *si sui instituti sint,*
 CXXIV. a. *in uirilem**; |si extranei in dimidiam. id est, si quis
 b. r.

minatim exheredet. Inst. *exheredem eum nominatim faciat.*
 Bien. vocem *eum* omisit. ⁴*ut nostri* etc. Inst. *ut si* (Cuj.
etsi), omissis uerbis intermediiis. ⁵Inst. *mortuus* ⁶Inst.
nemo heres et mox possit. ⁷Inst. *quia scilicet*, omissa uoce
statim. Sched. exhibent: *q.* scilicet |*quia* statim Librarianum
 uocem *quia* per errorem bis scripsisse puto, sic: *q.* (quia) sci-
 licet |*quia*. ⁸Inst. *testamentum*. ⁹*filius mortis*. Sched.
cuit sufficere si mortis tempore sint ex iure Quiritium testatoris, veluti vinum, oleum, frumentum, pecunia numerata. ceteras res vero placuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium esse debere, id est, et quo 12. fa- ceret testamentum, et quo moreretur: alioquin inuti- le est legatum. §. 197. Sed sane hoc ita est iure ci- uili. postea uero auctore Nerone Caesare senatuscon- sultum factum est, quo cautum est, ut si eam rem 16. quisque legauerit, quae eius nunquam fuerit, perinde utile sit legatum, atque si optimo iure relictum esset: optimum autem ius est per damnationem legatum, quo genere etiam aliena res legari potest, sicut infe- 20. rius apparebit. | §. 198. Sed si quis rem suam legaue- Sed. rit, deinde post testamentum factum eam alienauerit, plerique pu- tant, non solum iure civili inutile esse le- gatum, sed nec¹⁷ ex senatusconsulto confirmari. quod 24. ideo dictum || est, quia etsi per damnationem aliquis rem suam legauerit eamque postea alienauerit, pleri- que putant, licet ipso iure debeatur legatum, tamen legata- rium petentem per exceptionem doli mali re- 4. pel- li, quasi contra uoluntatem defuncti petat. | §. 199. Illud constat, si duobus pluribusue per uindicationem Illud. | eadem res legata sit, siue coniunctim, siue disiun- ctim, 8. si omnes ueniant ad legatum, partes ad sin- gulos per- tinere, et deficientis portionem colle- gataro ad crescere. coniunctim autem ita le- gatur: TITIO ET SEIO HO-

17 Sched, ne

§. 197. Conf. Ulpianus, *Fragm. XXIV, §. 11^a. sicut inferius apparebit.* Vid. §. 202.

§. 198. Conf. §. 12. I. de legat.

§. 199. Conf. Ulpianus,

Fragm. XXIV, §. 12. et L. 1. §. 3. de usufr. accresc. Epitome, II, 5, cit. §. 1. et §. §. 4. 5. Iulianus, L. 30. de condic. et demonstrat. §. 8. I. de legat.

105.
XV.^a

12. MINEM STICHVM DO, LEGO; dis|junctim ita: LVCIO
TITIO HOMINEM STICHVM DO, LEGO. SEIO |EVN-
Illud. DEM HOMINEM DO, LEGO. |§. 200. Illud quaeritur,
quod sub condicione. per uindicationem |legatum est,
16. pendente condicione cuius. esset. no|stri praeceptores
heredis esse putant exemplo statulibe|ri, id est, eius
serui, qui testamento sub aliqua condicione liber esse
iussus est, quem constat interea he|redis seruum esse.
20. sed diuersae scholae aucto|res putant, nullius interim
eam rem esse: quod tan|to^{1.2} magis dicunt de eo,
quod sine condicione pure |legatum est, antequam le-
gatus admittat legatum.

Per. |§. 201. Per damnationem hoc modo legamus:

24. HERES MEVS STICHVM |SERVVM MEVM DARE DA-
MNAS ESTO. sed et si DATO ||scripserit ***** 106.
*****¹ §. 202. Quo genere legati etiã XV. 6.
aliena res legari potest, ita |ut heres redimere et prae-
4. stare, aut aestimationem eius |dare debeat. ² §. 203.
Ea quoque res, quae in rerum natura non |est, si

^{1.2} Sched. quo. *?|to In Cod., ut opinor, est quod tā|to (tanto).
§. §. 201—205. ¹ Lacunam sic expleo: aequè p (per) da-
mnationem legatum est. ² In Epit. (II, 5, §. 2.) post expressam
huj. §. sententiam adjecta leguntur haec: Sed si testator rem
alienam quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit,
legatus hoc ab herede petere non potest, et inutile est lega-
tum. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse

§. 200. Illud — — heredis
esse putant. Conf. L. 29. §. 1.
qui et a quib. manumissi (ex
Nostri Libr. de Manumiss.).
exemplo statuliberi — — here-
dis seruum esse. Conf. Vlpia-
nus, Fragn. II, §. §. 1. 2. et
L. 9. pr. de statuliber.
§. 201. Conf. Vlpianus,
Fragn. XXIV, §. 4. Epitome,
II, 5, §. 2. Theophilus, II, 20,
§. 2.
§. 202. Conf. supra §. 197.
item Epitome, II, 5, cit. §. 2.
et §. 3. Vlpianus, Fragn. XXIV,
§. 8. §. 4. I. de legat.
§. 203. §. 7. I. de legat.
Conf. Epitome, II, 5, cit. §. 3.

lis solida res debetur⁹, || ut scilicet heres alteri rem, 107.
alteri aestimationem | eius praestare debeat. et in con- V. b.
iunctis deficientis portio non ad collegatarium pertinet,
4. sed in hereditate re|manet.

§. 206. Quod autem diximus, deficientis portionem
(in) | per damnationem quidem legato in hereditate
reti|neri, in per uindicationem uero collegatario ac-
8. cres|cere, admonendi sumus, ante legem Papiam | iure
civilis ita fuisse: post legem uero Papiam deficientis
portio caduca fit, et ad eos pertinet, qui in | eo testa-
mento liberos habent. §. 207. Et quamuis prima cau|sa
12. sit in caducis uindicandis heredum liberos | habentium,
deinde, si heredes liberos non habe|ant, legatariorum
liberos habentium; tamen ipsa | lege Papia significatur,
ut collegatarius coniun|ctus, si liberos habeat, postior sit
16. heredibus, etiam|si liberos habebunt. §. 208. Set ple-
risque placuit, quan|tum ad hoc ius, quod lege Papia
coniunctis constituitur, | nihil interesse, utrum per uin-
dicationem, an per damna|tionem legatum sit.

20. | §. 209. Sinendi modo ita legamus: HERES
Sin. MEVS DAMNA|S ESTO¹ SINERE, LVGIVM TITIVM

(deuentur) : ² Sched. *deuuentur*? In Cod. sic esse puto:
deuuetur

§. §. 209 — 215. ¹ Cod.: *meus dare damna|s esto*

de legat. 2. Iulianus, L. 82.
§. 5. de legat. 1. et in con-
iunctis etc. Conf. Vlpianus,
loc. cit. item cit. L. 7. et cit.
L. 84. §. 8.

§. 206. *Quod — — — ca-
duca fit.* Conf. Vlpianus,
Fragm. XXIV, cit. §. §. 12. 13.
et ad eos pertinet etc. Conf.
Vlpianus, Fragn. XXV, §. 17.
Iuuenalis, Sat. IX, vers. 88.
Fragm. veter. I Cti de Iure Fisci,

pag. 1. col. 1. lin. 16. sq. item
infra §. 286.

§. 207. *Et — — — legata-
riorum liberos habentium.* Conf.
Vlpianus, Fragn. L. §. 21. ubi
cum Ms. Vatic. *legatarii patres*
legendum esse ex hoc Gaji loco
intelligitur.

§. 209. Conf. Vlpianus,
Fragm. XXIV, §. 5. Epitome,
II, 5, §. 6. Theophilus, II, 20,
§. 2.

HOMINEM STICHVM SVMERE SI|BIQVE HABERE.

§. 210. Quod genus legati plus quidem habet (*quam*)
 |per² uindicationem legatum; minus autem, quam
 |per damnationem³. nam eo modo non solum suam 24.
 108. rem ||testator utiliter legare potest, sed etiam heredis
 V. a. sui: |cum alioquin per uindicationem nisi suam rem
 legare |non potest; per damnationem autem cuiuslibet
 extra|nei rem legare potest. |§. 211. Sed siquidem mor- 4.
 tis testatoris tempore res *** |**⁴ testatoris sit, uel Sed.
 heredis, plane utile legatum |est, etiamsi testamenti
 faciundi tempore neutri|us fuerit. § 212. Quodsi post 8.
 mortem testatoris ea res he|redis esse coeperit, quaeri-
 tur, an utile sit legatum. |et plerique putant (*non*)
 inutile esse: quia licet⁵ |aliquis eam rem legauerit,
 quae neque eius um|quam fuerit, neque postea heredis 12.
 eius umquam esse coeperit, |ex senatusconsulto Nerō-
 niano proinde uidetur, ac si per damna|tionem re-
 licta esset. |§. 213. Sicut autem per damnationem⁶ Sicut.
 legata res non statim post a|ditam hereditatem legata- 16.
 rii efficitur, sed manet |heredis eonsue, donec is he-
 res tradendo, uel man|cipando, uel in iure cedendo le-
 gatarii eam fe|cerit; ita et in sinendi modo legato iu-
 ris est⁷: ide|o huius quoque legati nomine in perso- 20.

² Cod. pro ³ Cod. damnationem ⁴ Sched. uqu (vel //) o(?)s

⁵ Sched.: quia (quia) ergo c (vel s) licet ⁶ Sched. damnationem (damnationem). ⁷ Sched. est Sed haud scio, an in Cod. sit:

§. 210. Conf. Ulpianus, Fragm. XXIV, §. 10. Epitome, II, 5, cit. §. 6.

§. 212. quia licet etc. Hic locus Epitomatōres mouisse uidentur, ut Lib. II. tit. 5. cit. §. 6. sic scriberent: Nam et propriam rem testator, et heredis sui,

et alienam per sinendi legatum relinquere potest.

§. 213. Sicut — — — legatarii eam fecerit. Conf. supra §. 204. ideo — in personam actio est. Conf. Theophilus, II, 20, cit. §. 2.

- nam actio est, QUIDQVĪD HEREDEM EX TESTA-
 Sunt. MENTO DARE, FACE|RE OPORTET. |§. 214. Sunt ta-
 24. men, qui putant, ex hoc legato non videri obligatum
 heredem, ut mancipet, aut in iure cedat, || aut tradat, 109.
 sed sufficere, ut legatarium rem |sumere patiatur, quia XXIV.
 nihil ultra ei testator im|peravit, quam ut sinat, id
 4. est, patiatur, legatarium rem |sibi habere. §. 215.
 Maior illa dissensio in hoc legato in|teruenit, si eandem
 rem duobus pluribusue disiun|ctim legasti. quidam pu-
 tant, utrisque solidum de|beri, sicut per *damnationem* ⁸:
 8. nonnulli occupan|tis esse meliorem condicionem aesti-
 mant; quia, cum in |eo genere legati damnetur heres
 patientiam |praestare, ut legatarius rem habeat, sequi-
 tur, ut si pri|ori patientiam praestiterit et is ⁹ rem
 12. sumpserit, se|curus ¹⁰ sit aduersus eum, qui postea ¹¹
 legatum pet|tērit, quia neque habet rem, ut patiatur
 eam ab e|o sumi, neque dolo malo fecit, quominus
 eam rem habe|ret.
 16. |§. 216. Per praeceptionem hoc modo legamus:
 Per. LVCIVS TITIVS HO|MINEM STICHVM PRAE-
 CIPITO. §. 217. Sed nostri quidem |praeceptores
 nulli alii eo modo legari posse putant, |nisi ei, qui
 20. aliqua ex parte heres scriptus est ¹²: praecipere enim
 esse, praecipuum sumere; quod tantum in |eius per-

2. (est) et ⁸ Cod. *uindictam* i. e. uindicationem. ⁹ Cod.
 111 ¹⁰ Cod. *re|cuturus* ¹¹ *p|tea* i. e. postea. Sched. *p|tea*
 §. §. 216—223. ¹² Cod. *es*. i. e. esse.

§. 214. Conf. Epitome, II, 5,
 cit. §. 6.

§. 215. *quidam putant,*
utrisque solidum deberi. Conf.
 Celsus, L. 14. de usu et usufr.
 per legat. dat.

§. 216. Conf. Ulpianus,
 Fragm. XXIV, §. 6. Theophi-
 lus, II, 20, §. 2.

§. 217. Conf. Theophilus,
 II, 20, cit. §. 2. Epitome, II,
 5, §. 7.

sona procedit, qui aliqua ex parte heres institutus est, quod is extra portionem hereditatis praecipiat legatum, (quod) habiturus sit. §. 218. Ideoque si extraneo legatum fuerit, inutile est legatum. adeo ut Sabinus 24. 110. XXIV. b. || existimauerit, ne quidem ex *senatusconsulto*² Neroniano posse conualescere: nam eo, inquit, senatusconsulto ea tantum confirmantur, quae uerborum uitio iure ciuili non ualent; non quae propter ipsam personam legatarii non debentur. sed Iuliano et Sexto³ placuit, etiam hoc casu ex senatusconsulto confirmari legatum: nam ex uerbis etiam hoc casu accidere, ut iure ciuili inutile sit legatum, inde⁴ manifestum esse⁵, quod eidem aliis uerbis recte legatur, uelut per uindicationem⁶, per damnationem, sinendi modo: tunc autem uitio personae legatum non ualere, cum ei legatum sit, cui nullo modo legari possit, uelut peregrino, cum quo testamentifacilio non sit; quo plane casu⁷ senatusconsulto locus non est. §. 219. Item nostri praeceptores quod ita legatum est, nulla ratione putant posse consequi eum, cui ita fuerit legatum, quam⁸ iudicio familiae erciscundae, quod inter heredes de hereditate erciscunda, id est, diuidunda accipi solet: officio enim iudicis id contineri, ut et quod per praeceptionem legatum est, adiudicetur. §. 220. Vnde

² Sched. hoc; pro *sc. o* i. e. senatusconsulto. ³ Sched.: ex sexto Lege: et Sexto, Pomponio scilicet. Sav. ⁴ Cod. unde ⁵ Cod. *ē* i. e. est. Conf. lin. 11. ⁶ Cod. *pro uindictionem* (uinditionem) et ⁷ Cod.: plane *s* casu ⁸ Cod. *quod*

§. 218. quae uerborum uitio iure ciuili non ualent. Conf. §. 220. Vnde — — testatoris sit. Conf. Vlpianus, Fragm. §. 219. Conf. Theophilus, XXIV, §. 11.

20. intellegimus, nihil aliud secundum nostrorum praeceptorum opinionem per praeceptionem legari posse, nisi quod testatoris sit: nulla enim alia res, quam hereditaria, deducitur in hoc iudicium. Itaque si non quam rem eo modo testator legauerit, iure quidem civili inutile erit legatum; sed ex senatusconsulto confirmabitur. aliquo tamen casu etiam alienam rem.
4. (per) praeceptionem legari posse fatentur: ueluti si quis eam rem legauerit, quam creditori fidei iae causa mancipio dederit; nam officio iudicis coheredes cogi posse existimant, soluta pecunia soluere eam rem, ut possit praecipere is, cui ita legatum sit. §. 221. Sed diuersae scholae¹⁰ auctores putant, etiam extraneo per praeceptionem legari posse proinde, ac si ita scribatur: TITIVS HOMINEM STICHVM CAPITO; superuacuo adiecta prae syllaba¹¹: ideoque per uindicationem eam rem¹² legatam uideri. quae sententia dicitur diu Hadriani constitutione confirmata esse. §. 222. Secundum hanc igitur opinionem, si ea res (ex) iure Quiritium defuncti fuerit, potest¹³ a legatario uindicari, siue is unus ex heredibus sit, siue extraneus. set¹⁴ si in bonis tantum testatoris fuerit, extraneo quidem ex senatusconsulto utile erit legatum, heredi uero familiae heriscundae iudicis officio praestabitur. quodsi nullo iure fuerit testatoris, tam heredi, quam extraneo ex senatusconsulto utile erit (legatum). §. 223. Siue

⁹ Cod. *percipere* (percipere) *si* ¹⁰ Cod. *diuiste soles* ¹¹ Sched. *p* (prae) syllaba *p* (uel) ¹² Sched. *p* (per) *uindicationem* *eam rem* ¹³ Sched. *per i. e. posse* ¹⁴ Cod. *extraneuset* Geminanda est littera *e*.

tamen heredibus, secundum nostrorum opinionem, siue etiam extraneis, secundum illorum opinionem, duobus pluribusue eadem res coniunctim, aut dis-

112.
C. b.

unctim legata fuerit, singulis partes habere debent. 24.
Ad legem Falcidiam. §. 224. Sed olim Sed. quidem licebat, totum patrimonium legis atque libertatibus erogare, nec quidquam heredi relinquere praeterquam inane nomen heredis; idque lex sui tabularum permittere uidebatur, quia cauetur, ut quod quisque de re sua testatus esset, id ratum haberetur, his uerbis: VTI LEGASSIT SVAE REI, ITA IVS ESTO. quare qui scripti heredes erant, ab hereditate se abstinebant; et idcirco plerique intestati moriebantur. §. 225. Itaque lata est lex Furia, qua, ex-

§. §. 224 — 228. ¹ Haec maioribus litteris scripta sunt. ² n. (nec) quidquam. Sched. n. qcg ³ Cod. legasset ⁴ Cod. res ⁵ Vti legasset etc. Sic etiam in Inst. ed. Caj. legitur; item in Dig. Cod. Flor. Apud Hal. autem tam in Inst., quam in Dig. est: Vti quisque legasset s. r., i. i. e. Illud quisque a Bien. quoque inseritur; legitur etiam apud Theoph., nec non in Nov. 22. cap. 2., ubi Imperator legem ita dicere affirmat: Vti legasset quisque de re sua, i. j. e. Apud Cic. est: Paterfamilias uti super familia pecuniaque sua legaverit, i. j. e. Vlp. tandem legis uerba haec esse testatur: Vti legasset super pecunia tutelave suae rei, i. j. e. ⁶ Cod. qae

§. 224. Conf. pr. f. de leg. Falcid. VTI — ESTO. Conf., praeter Inst. et Theophilum, Pomponius, L. 120. de verb. signif. Nov. 22. cap. 2. Vlpianus, Fragm. XI, §. 14. Cicero, de Invent. Lib. II, cap. 50. Auctor ad Herenn., Lib. I, cap. 13. Paulus, L. 53. pr. de verb. signif.

§. 225. Conf. cit. pr. l. de leg. Falcid. Itaque — —

permissum non est. Conf. infra Commentar. IV. §. §. 23. 24. item Vlpianus, Fragm. §. 2. de legib. et morib., Theophilus, II, 22, pr. Fragmenta Varro nis e Lib. III. de Vita pop. Rom. pag. Bip. 247. in fin. Cicero, pro Balbo, cap. 8.; in Verrem, Lib. I, cap. 42. sed et haec lex non perfecit etc. Conf. Theophilus, loc. cit.

12: |ceptis personis quibusdam, ceteris plus mille as|ibus
 legatorum nomine mortisue causa capere per|missum
 non est. sed et haec lex non perfecit, quod uoluit.

|qui enim uerbi gratia quinque milium aeris patri|mo-
 16. nium habebat, poterat quinque hominibus sin|gulis mi-
 lenos asses legando totum patrimonium erogare.

§. 226. Ideo postea lata est lex Voconia, qua cautum
 est, ne cui plus legatorum nomine mortisue causa

20: |capere liceret, quam heredes caperent. ex qua |lege
 plane² quidem aliquid utique heredes habere uide-
 bantur; set tamen fere uitium simile nascebatur:

nam in multas legatarum personas (distributo pa-
 24: trimonio, poterat adeo heredi minimum relinquare
 (testator), ut non expediret heredi, huius lucri gra-

||tia totius³ hereditatis onera sustinere. §. 227. Lata
 est itaque lex Falcidia, qua cautum est, ne plus⁴ le-

gare liceat, quam dodrantem. itaque necesse est, ut
 4: heres quartam |partem hereditatis habeat. et hoc
 nunc⁵ iure uisum. §. 228. In |libertatibus quoque

dandis niam licentiam |compescuit lex Furia Cani-
 nia; sicut in primo com|mentario rettulimus.

§. 229. Ante
 Ante, |**** De inutiliter relictis legatis. |§. 229. Ante
 heredis institutionem inutiliter legatur¹, |scilicet quia

² plane. Sched. pcan(vel u)e(vel c) ³ Sched. gra||iam (gratiam; pro gratia) tota(?)us (totius). ⁴ Cod. plus ei ⁵ n^o i. e. nunc. Sched. n

§. §. 229 — 243. ¹ inutiliter legatur. Sched. utiliter legatur

§. 226. Conf. cit. pr. I. de leg. Falcid. ibique Theophilus. Cicero, in Verrem, lib. I, cap. 43. item infra §: 274.
 §. 227. Conf. cit. pr. I. de leg. Falcid. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 32. Epitome, II, 6.
 §. 228. Conf. supra Commentat. I. §. 42. sq.
 §. 229. §. 34. I. de legat. Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 15. Paulus, Sent. recept. III, 6, §. 2.

testamenta uim ex institutione heredis accipiunt, et ob id uelut caput et² fundamentum intellegitur totius testamenti heredis institutio. §. 230. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari potest³. §. 231. Nostri praeceptores nec autorem eo loco dari posse existimant: set Labeo, et Proculus tutorem posse dari (*putant*), quod nihil ex hereditate erogatur tutoris datione. §. 232. Post mortem quoque heredis inutiliter legatur; id est hoc modo: CVM HERES MEVS MORTVVS ERIT DO, LEGO; aut: DATO. Ita autem recte legatur: CVM HERES MORIETVR⁴: 20. quia non post mortem heredis relinquitur, sed ultimo uitae eius tempore. Rursum ita non potest legari: Rurs. PRIDIE QVAM HERES MEVS MORIETVR. quod non pretiosa ratione receptum uidetur. || §. 233. Eadem et de libertatibus dicta intellegemus. §. 234. Tutor uero an post mortem heredis dari possit quaerentibus eadem forsitan poterit esse quaestio, quae de (eo) agitur, qui ante heredum institutionem datur. ((*De*) poenae causa relictis legatis. | §. 235. Poenae quoque nomine inutiliter legatur⁵. poenae autem nomine legari uidetur, quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis heres⁶ aliquid faciat, aut non faciat; uelut (*si*) quis⁷ ita legaue-

Inst.: inutiliter antea legabatur. ² Inst. atque. ³ Inst. poterat. ⁴ Cod. moriat⁵ i. e. moriatur. Sed. conf. lin. 24. ⁵ Inst.: inutiliter (Hal. addit antea) legabatur et adimebatur uel transferebatur. ⁶ heres deest in Inst. ⁷ Sic Inst.

§. 230. cit. §. 34. I. de legat. Conf. Vlpianus, Fragm. I, §. 20.

§. 231. set Labeo etc. Conf. §. 3. I. qui testam. tutor. dar. poss.

§. 232. Conf. Vlpianus,

Fragm. XXIV, §. 16. Paulus, Sent. recept. III, 6, §. §. 5. 6. §. 35. I. de legat.

§. 233. Conf. Vlpianus, Fragm. I, §. 20.

§. 234. Conf. supra §. 231. §. 235. Poenae — — —

114.
III. b.

- rit⁸: HERES MEVS, SI FILIAM SUAM TITIO
 IN MATRIMONIUM COLLOCAVERIT¹⁰, X (MI-
 LIA)¹¹ SEIO DATO; uel ita: SI FILIAM TITIO
 12. IN MATRIMONIUM NON COLLOCAVERIT¹², X
 MILIA TITIO DATO¹³; sed potest, si heres¹⁴ uerbi
 gratia in tra biennium monumentum sibi non fecerit,
 X Titio dari iusserit; poenae nomine legatum *****¹⁵
 16. itaque ex ipsa definitione multas similes species **|***
 efficere¹⁶ possumus. §. 256. Nec libertas quidem
 poenae¹⁷ | nomine dari potest; quamuis de ea re fue-
 rit quaesitum. §. 237. De tutore uero nihil possumus
 quaerere, quia | non potest datione tutoris heres com-
 20. pelli, quidquam facere, | aut non facere: ideoque nec
 datur poenae nomine¹⁸. | tutor; (et si) datus fuerit,
 magis sub condicione, quam poenae nomine datus ui-
 Incert. debetur. | §. 238. Incertae personae legatum inuti-
 24. liter relinquitur. incerta¹⁹ autem uidetur persona,

Sched. *u. q.* In Cod., ut opinor, est *u. q. s. i. e.* uelut quia.
⁸ Inst. *scripserit.* ⁹ Sched. *u. q. s. i. e.* In Cod. fuerit
heres meus (i. e. meus si). ¹⁰ Sched. *collocauerit* ¹¹ Conf.
 lin. 12. ¹² Cod. *collocaueris* ¹³ *Heres etc.* Inst.: *Heres*
m. s. f. suam in matrimonium Titio collocauerit, uel ex diverso,
Si non collocauerit, dato decem aureos Sejo. ¹⁴ *et si heres.*
 Sic est in Cod. Sententia tamen duplex si requirit, quorum
 alterum referatur ad uerbum *fecerit*, alterum uero ad uerbum
iusserit. ¹⁵ Sched. *u. q. s. i. e.* Sensus erit postulat, uel simile
 quid. ¹⁶ Sched. *cg* (uel *u.*) | *com* (uel *u.*) *ficere*. In Cod. non
ficere extare puto, sed *ficere*; unde, geminata littera *f.* in con-
 texto posui *efficere.* ¹⁷ Sched. *u. q. s. i. e.* ¹⁸ Sched. *u. q. s. i. e.*
¹⁹ In Cod. sic scriptum puto: *inutiliter* (inutiliter) *relinquit* (re-

110 DATO. §. 36. I. de legat. de legat.
 Conf. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 238. Conf. infra §. 237.
 §. 17. item §. 25. I. de legat. Vlpia-
 §. 236. Conf. eit. §. 56. I. nus, Fragm. XXIV, §. 18.

115.
XIII. a.

quam per incertam opinionem || animo suo testator
 subiicit, *ue*lut* si** ita legatum sit: QVI PRIMVS AD
 FUNVS MEVM VENERIT ²⁰, (SI HERES) | MEVS
 X (MILIA) ²¹ DATO, idem iuris est si generaliter
 omnibus | legauerim ²², quicumque ad funus meum 4.
 uenerint, in | eadem ²³ causa est, quod ita relinquitur:
 QVICVMQVE FILIO MEO IN MATRIMONIVM
 FILIAM SVAM COLLOCAYERIT, EI | HERES
 MEVS X MILIA DATO, illud quoque in eadem
 cau|sa est, quod ita relinquitur: QVI POST TESTA- 8.
 MENTVM CON|SVLES DESIGNATI ERVNT: (nam)
 aequae incertis personis legari uidetur, et denique aliae
 multae huiusmo|di species sunt. | Sub certa uero de- 12.
 monstratione incertae personae | recte legatur; uelut: Sub.
 EX COGNATIS MEIS, QVI NUNC SVNT, | QVI
 PRIMVS AD FUNVS MEVM VENERIT, EI X
 MILIA HE|RES MEVS DATO. §. 239. Libertas quo-
 que non uidetur incer|tae personae dari posse, quia lex 16.
 Furia Caninia iubet | nominatim seruos liberari. §. 240.
 Tutor quoque cer|tus dari debet. | §. 241. Postumo Post.
 quoque alieno inutiliter legatur ²⁴. *est autem* ²⁵
 | alienus postumus, qui natus inter suos heredes | testa- 20.
 tori futurus non est. ideoque ex emancipato quo|que ²⁶

linquitur) incer|ta. Sched. inutilis ~~uenerit~~ uenerit ²⁰ Cod.
 uenit Legendum uenerit. Conf. lin. 14. 4. 6. ²¹ Conf. lin.
 7. 14. ²² Sched. omnib(?) | legauerit ²³ Sched. in (in)
 cidem (eadem). ²⁴ Inst. legabatur. Hal.: antea legabatur.
²⁵ Ex Inst. In Cod. scriptum puto ē. (est) ā. (autem); deside-
 rantur enim litterae circiter 3. ²⁶ Sched. in|que In Inst.

§. 239. Conf. cit. §. 25. I. legat.

de legat. Vlpianus, Fragm. I,
 §. 25.

§. 241. Postumo — — —
 nepos extraneus. §. 26. I. de

§. 240. Conf. §. 27. I. de legat. Conf. infra §. 287.

flio conceptus nepos extraneus ***** | *****
 24. ***²⁷ est eius ***** | *****²⁸ uxor
 extraneus postumus patri contin||git. §. 242. Ac ne he- r16.
 res quidem potest institui postumus | alienus; est enim XIII. b.
 incerta persona. §. 243. Cetera uero, quae | supra dixi-
 4. mus, ad legata proprie pertinent. quamquam non | inme-
 rito quibusdam placeat, poenae nomine he|redem insti-
 tuti non posse: nihil enim intoret, | utrum legatum dare
 iubeatur heres, si fecerit ali|quid, aut non fecerit, an
 8. coheres ei adiciatur; quia | tam²⁹ heredis adiectione,
 quam legati, datione com|pellitur, ut. aliquid contra pro-
 positum suum faci|at.

An. | §. 244. An ei, qui in potestate sit eius, quem
 12. heredem instituimus, recte legamus, quaeritur. Ser-
 uius recte lega|ri probat, sed. euanescere legatum, si,
 quo tempore | dies legatorum cedere solet, adhuc in
 potestate sit: -ide|oque siue pure legatum sit, et uiuo
 16. testatore in potestate heredis esse desierit, siue sub
 conditione et an|te condicionem id acciderit, deberi le-
 Sab. gatam. | Sabinus et Cassius sub conditione recte lega-
 ri, pu|re non recte putant: licet enim uiuo testatore
 20. pos|sit desinere in potestate heredis esse, ideo tamen
 inu|tile legatum intellegi oportere, quia quod nullas

quoque non legitur. ²⁷ Sched.: extraneus — — — | *ui in utero*
cro (An in utero? Hollw.) ²⁸ Sched.: e (est) eius o(?)c/m
 (vel a)u(vel o)a(?)c(vel s)u(vel o)u(vel u)u(?) | crio(vel u)
tamen ²⁹ Cod.

§. 242. Conf. infra §. 287. §. 244. An — — quaeritur.
 item §. 28. I. de legat. et pr. I. Conf. §. 32. 1. de legat. Sabinus — putant. Conf. cit.
 de honor. possess. §. 32. I. Ulpianus, Fragm.
 § 243. quae supra dixi- §. 32. I. Ulpianus, Fragm.
 mus. Vid. §. §. 229. 232. 235. XXIV, §. 23. licet enim —
 quamquam non inmerito etc. — — absurdum esset. Conf.
 Conf. §. 36. I. de legat. cit. §. 32. I.

res habiturum foret si statim post testamentum factum decessisset testator, hoc ideo valere quia vi- 24.
 117. tam longius traxerit, absurdum esset. || diuersae scho-
 CIII. 2. lae auctores nec sub condicione recte legari (putant);
 quia quos in potestate habemus, eis non magis sub
 condicione, quam pure debere possumus. §. 245. Ex
 diuerso constat, ab eo, qui in potestate (tua) est, he- 4.
 rede instituto recte tibi legari: sed si tu per eum he-
 res extiteris, euanesceat legatum, quia ipse tibi lega-
 tum debere non possis; si uero filius emancipatus,
 aut seruus manumissus erit, uel in alium translatus, 8.
 et ipse heres extiterit, aut alium (heredem) fecerit,
 deberi legatum.

§. 246. Hinc² transeamus ad fideicommissa. Hinc.

§. 247. Et prius de hereditatibus² uideamus. 12.
 §. 248. Inprimis igitur sciendum est, opus
 esse, ut aliquis heres recto iure² instituat, eiusque
 fidei committatur, ut eam hereditatem alli restituat:
 alioquin inutile est testamentum, in quo nemo recto 16.
 iure² heres instituitur. §. 249. Verba autem utilia
 fideicommissorum haec recte maxime in usu esse ui-

§. 246. ¹Sic est in Cod. Praestat tamen nunc, quod in Inst. legitur: unde eo inclino, ut vocem hinc a librarii negligentia profectam esse putem.

§. §. 247 — 259. ¹Inst.: hereditatibus fideicommissariis.
²Inst.: ut aliquis recto iure testamento heres. ³recto iure

§. 245. Conf. §. 53. I. de legat. item Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 24. ubi tollendam esse negationem iam Cujacius monuit.

§. 246. pr. I. de fideicommiss. heredit.

§. 247. cit. pr. I. de fidei-

comm. heredit.

§. 248. §. 2. I. de fideicommiss. heredit. Conf. Epitome, II, 7, pr.

§. 249. §. 3. I. de singul. reb. per fideicommiss. relict. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 2.

dentur: PETO, ROGO, VOLO, FIDEICOMMITTO.
 quae proinde firma singula sunt, atque si omnia in
 20. unum congesta sint⁴. §. 250. Cum igitur scripserimus:
 (LVCIVS) TITIVS HERES ESTO, | possumus adii-
 cere: ROGO TE, LVCIVS TITI, PETOQVE A TE,
 VT⁵, CVM PRIMVM | POSSIS HEREDITATEM
 MEAM ADIRE⁶, GAIUS SEIO REDDAS, | RESTI-
 TVAS⁷. possumus autem et de parte restituenda ro-
 24. | gare; et liberum est, uel sub condicione, uel pure re-
 linquere || fideicommissa, uel ex die certa⁸. §. 251. 118.
 Restituta autem | hereditate is⁹, qui restituit, nihilo- CIII. b.
 minus heres manet¹⁰; is | uero, qui recipit heredita-
 4. tem, aliquando heredis loco | est, aliquando legatarii¹¹.
 §. 252. Olim autem nec¹² heredis loco erat, nec | le-
 gatarii, sed potius emptoris. tunc enim in usu erat¹³,
 | ei, cui restituebatur hereditas, nummo uno eam he-
 8. | reditatem dicis causa uenire; et quae stipulatio|nes

deest in Inst. ⁴ Verba etc. Inst.: Verba autem fideicommissorum haec maxime in usu habentur: Peto, Rogo, Volo, Mando, Fidei tuae committo. Quae perinde singula firma s., a. s. o. i. u. congesta essent. ⁵ Cum etc. Inst.: Cum igitur aliquis scripserit: L. T. h. e., poterit (Hal. potest) adjicere: Rogo te L. Titi, ut. ⁶ Inst.: adire, eam. ⁷ Cod. restuas
⁸ Possumus etc. Inst.: Potest autem quisque (Bien, quis) et de parte restituenda heredem rogare; et liberum est, uel pure, uel sub condicione relinquere fideicommissum, uel ex die certa (Hal.: certo die). ⁹ Inst.: is quidem. ¹⁰ Inst. permanet, ¹¹ aliquando heredis etc. Inst.: aliquando heredis, aliquando legatarii loco habebatur (Hal. habetur). ¹² Sched. dum a. no Legendum: olim at. (autem) nec. Sav. ¹³ in usu erat. Cod.

§. 250. cit. §. 2. I. de fideicom. heredit. possumus autem — rogare. Conf. Epitome, II, 7, pr. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 11.

§. 251. §. 3. I. de fideicom. heredit. §. 252. Conf. Theophilus, II, 23, §. 3.

(inter uenditorem hereditatis et emptorem interponi solent, eadem interponebantur)¹⁴ inter heredem et eum, cui restituebatur hereditas, id est, hoc modo: heres quidem stipulabatur ab e[o], cui restituebatur hereditas, ut quidquid hereditario nomine condemnatus fuisset, siue quid alias bona fide dedisset, eo nomine indemnus esset¹⁵, et omnino si quis cum eo hereditario nomine ageret, ut recte defenderetur: ille uero, qui recipiebat hereditatem, inuicem stipulabatur, ut si quid ex hereditate ad heredem peruenisset, id sibi restitueretur; ut etiam¹⁶ pateretur, eum hereditarias actiones procuratorio aut cognitorio nomine exequi. §. 253. Sed posterioribus¹⁷ temporibus, Trebellio Maximo et Annaeo Seneca Consulibus, senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si¹⁸ cui hereditas ex fideicommissi causa restituta sit¹⁹, actiones, quae iure civili heredi et in heredem competere, (ei)²⁰ et in eum darentur, cui ex fideicommissio restituta esset hereditas. post quod senatusconsultum desierunt illae cautiones in usu haberi. || Praetor enim utiles actiones²¹ ei et in eum, qui recepit hereditatem, quasi heredi et in heredem dare coepit: quaeque in edicto proponuntur²². §. 254. Sed rur-

insuerat¹⁴ Haec similiae excidisse manifestum est. ¹⁵ Sched. indenisset Lege: indemnus eet (esset). Sa v. ¹⁶ Sched. et.; Cod., ut opinor, et. i. e. etiam. ¹⁷ Sed posterioribus. Inst. Et Neronis quidem. ¹⁸ Sched. ei ¹⁹ Inst.: sit, omnes. ²⁰ Ex Inst. ²¹ post etc. Inst.: post quod senatusconsultum Praetor utiles actiones. ²² Verba aequae (Sched. aequae)

§. 253. §. 4. I. de fideicomm. heredit. tinere conceditur. Conf. Epitome, II, 7. pr. per quod senatusconsultum etc. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, §. §. 14. 15.
 §. 254. §. 5. I. de fideicomm. heredit. senatus — — — re-

4. sus²³ quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem, aut parte totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum, aut²⁴ minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa²⁵.
8. Pegaso et Pusione (*Consultibus*)²⁶ senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset²⁷ hereditatem restituere, perinde liceret, quantum partem retinere, atque e²⁸ lege Falcidia in²⁹ legatis retinere³⁰ conceditur. ex singulis
12. quoque rebus, quae per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permisaa est. per³¹ quod senatusconsultum ipse (*heres*)³² onera hereditaria sustinet³³: ille autem, qui ex fideicommissio reliquam³⁴ partem hereditatis recipit³⁵, legatarii partiarum doco-
16. est³⁶, id est, eius legatarii, cui pars bonorum legatur; quae species legati partitio vocatur, quia cum herede legatarius partitur hereditatem: unde effectum
20. est, ut³⁷ quae solent³⁸ stipulationes inter heredem et partiarum legatarium interponi, eadem interponantur inter eum, qui ex fideicommissi causa recipit³⁹ hereditatem, et heredem; id est, ut *et lucrum*⁴⁰ et damnnum hereditarium pro rata parte inter eos com-

etc. in Inst. non extant. ²³ rursus deest in Inst. ²⁴ Inst.

vel. ²⁵ Sched. *fc.* / Inst.: fideicommissa, *postea Vespasiani Augusti temporibus.* ²⁶ Ex inst. ²⁷ Sched. *est* Sed in Cod.

vet extare puto, i. e. *esset*; et sic in Inst. legitur. ²⁸ In Inst.

ap. Hal. est *ex*; Cuj. et Bien. praepositionem omittunt. ²⁹ Inst.

ex. ³⁰ Sic Inst. Cod. *retinendis* ³¹ Inst. *post.* ³² Ex

Inst. ³³ Inst. *sustinebat.* ³⁴ Cod. *reling* i. e. *relinquam*,

Legendum *reliquam*; quam vocem Inst. omittunt, ³⁵ Inst.;

recepit (Hal. *recipiebat*) partem hereditatis. ³⁶ Inst. *erat*; et

mox *legabatur*, *vocabatur*, *partiebatur.* ³⁷ Verba *effectum*

est ut in Inst. non leguntur, ³⁸ Inst. *solebant*; et mox *interpon-*

terponebantur. ³⁹ Inst.: qui *ex fideicommissio recipit.*

⁴⁰ *ut et lucrum.* Sic in Inst. Cuj. Hal. et Bien.; *ut lucrum*, in

120.
XCVIII. b.

immune sit. §. 255. Ergo siquidem non plus, quam 24. dodrantem || hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tam⁴² | ex Trebelliano senatusconsulto restituitur⁴² hereditas, et in utrumque | actiones hereditariae pro rata parte dantur, in here|dem quidem iure civili, 4. in eum uero, qui recipit | hereditatem, ex senatusconsulto Trebelliano. quamquam heres etiam pro | ea parte, quam restituit, heres permanet⁴³, eique et in | eum solidae actiones competunt: sed non ulte|rius 8. oneratur, nec ulterius illi dantur actiones, qu|am apud eum commodum hereditatis remanet. | §. 256. At si At. quis⁴⁴ plus quam dodrantem, uel etiam totam he|reditatem restituere rogatus sit, locus est⁴⁵ Pe|lgasiano 12. senatusconsulto. §. 257. Set is⁴⁶, qui semel adierit hereditatem, | si modo sua uoluntate adierit, siue retinuerit | quartam partem, siue noluerit retinere⁴⁷, ipse | uniuersa onera hereditaria sustinet⁴⁸: set | quarta 16. quidem retenta, quasi partis et pro par|te stipulationes interponi debent⁴⁹, tamquam inter parti|arium legatarium et heredem; si uero totam he|reditatem restituerit, ad exemplum emptae⁵⁰ et | uenditae heredita- 20. tis stipulationes interpon|dae sunt⁵¹. §. 258. Set si

Cod. non et scriptum est, sed \bar{c} ., quo siglo exprimi solet uerbum est. ⁴¹ Inst. tunc. ⁴² Inst. restituatur; et mox dabatur, recipiebat. ⁴³ Cod. pmaneat; sed mox competunt ⁴⁴ quis deest in Inst. ⁴⁵ Sched. et Inst. erat. ⁴⁶ Set is Inst. et heres. ⁴⁷ Inst.: retinere noluerit. ⁴⁸ Cod. sustinetur Inst. sustinebat. ⁴⁹ interponi debent. Inst. interponebantur. ⁵⁰ restituerit etc. Inst. restitueret, emptae. ⁵¹ in-

§. 255. Ergo — — — ex se- comm. heredit. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, cit. §. 14. I. de fideicom. heredit. Conf. §. 257. cit. §. 6. I. de fideicom. heredit. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, cit. §. 14. §. 258. cit. §. 6. I. de fideicom. heredit. Set — —

recuset scriptus heres adire hereditatem ob id, quod
 dicat, eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cau-
 24. tur Pegasiano⁵² senatusconsulto, ut desiderante eo,
 cui restituere rogatus est, iussu. || Praeteris adest et ^{121.}
 restituat⁵³, perindeque ei et in eum, | qui receperit⁵⁴, XIV.^a
 actiones dantur⁵⁵, ac iuris est ex | senatusconsulto Tre-
 4. belliano⁵⁶. quo casu nullis stipulationibus. | opus est⁵⁷,
 quia simul et huic, qui restituit, securitas datur, et
 actiones hereditarias ei et in eum transferuntur, qui
 receperit hereditatem⁵⁸. §. 259. Nihil autem interest,
 8. utrum aliquis ex asse heres institutus | aut totam he-
 reditatem, aut pro parte restituere rogatur⁵⁹, an ex
 parte heres institutus aut totam | eam partem, aut par-
 tis partem⁶⁰ restituere rogatur⁶¹; nam et hoc casu
 12. de quarta parte eius partis ratio ex Pegasiano senatus-
 consulto haberi solet⁶².

§. 260. Potest autem quisque etiam res singulas³

interponendae sunt. Inst. interponebantur. ⁵² Cod. *casano*
⁵³ Inst.: restituat hereditatem. ⁵⁴ In Inst. iterum adjicitur
hereditatem. Pro receperit ap. Bien. legitur recepit, ap. Cuj.
recipit: Hal. autem, ut in praecedentibus scripsit cavebatur,
esset, adiret, restituere, ita hoc loco posuit reciperet. ⁵⁵ Sic
 etiam in Inst. Bien. Hal. et Cuj. darentur. ⁵⁶ Inst.: Tre-
 belliano senatusconsulto. ⁵⁷ Inst.: est opus. ⁵⁸ Inst.:
 qui recipit hereditatem, utroque senatusconsulto in haec specie
 concurrente. ⁵⁹ In Inst. ap. Hal. est rogatur; Cuj. et Bien.
 verbum rogare omittunt. ⁶⁰ partis partem. Sic etiam in
 Inst. Bien. Hal. et Cuj.: partem partis. ⁶¹ In Inst. Hal. et
 Bien. rogatur; Cuj. rogatus sit. ⁶² nam etc. Inst.: nam et
 hoc casu eadem observari praecipimus, quae in totius heredi-
 tatis restitutione diximus.

§. §. 260 — 262. ¹ Inst.: Potest autem (Hal. tamen) quis

→ senatusconsulto Trebelliano. §. 259. §. 8. I. de fideicommi.
 Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, heredit.
 §. 16. §. 260. pr. I. de singul. reb.

per fideicommissum relinqueret, uelut fundum, hominem, uestem, argentum, pecuniam²; et uel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, uel legatarium, quamuis a legatario legari non possit. §. 261. Item potest non solum propria testatoris res per fideicommissum relinqui, sed etiam heredis, aut legatarii, aut cuiuslibet alterius³. itaque et legatarius⁴ non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quae ei legata sit, sed etiam de alia, siue ipsius legatarii, siue aliena sit, sed hoc solum observandum est, ne plus quisquam rogatus alicui restituere, quam ipse ex testamento ceperit⁵. nam quod amplius est, inutiliter relinquitur. §. 262. Cum autem aliena res per fideicommissum relinquatur, necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere et praestare, aut aestimationem eius soluere; sicut iuris est, si per damnationem aliena res legata sit. Sunt tamen, qui putant, si rem per fideicommissum relictam dominus non ueniat, etiam singulas res. ² Inst.: pecuniam numeratam. ³ Item etc. Inst.: Potest autem non solum proprias res testator (Bien.: P. a. testator n. s. p. r.) per fideicommissum relinqueret, sed et heredis (Cuj. et Bien. sed heredis) aut legatarii, aut fideicommissarii, aut cuiuslibet alterius. ⁴ Inst.: legatarius et fideicommissarius. ⁵ Inst. relicta. ⁶ Verba legatarii et sed desunt in Inst. ⁷ Sched. cepit; Cod., ut opinor, cepit i. e. ceperit, quam lectionem tuentur Inst. ⁸ Desiderantur litte-

per fideicomm. relict. Potest
— pecuniam. Conf. Epitome, II, 7, §. 1. uel legatarium etc. Conf. infra §. 271. Item Epitome, II, 7, §. 3. Vlpianus, Fragm. XXIV, §. 20. §. 261. §. 1. I. de singul. reb. per fideicomm. relict. Item — alterius. Conf. Epi-

tome, II, 7, §. 4. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 5. sed hoc solum etc. Conf. Epitome, II, 7, §. 5. §. 262. Cum — — soluere. cit. §. 1. I. de sing. reb. p. fid. rel. Conf. Epitome, II, 7, §. 6. sicut — legata sit. Conf. Epitome, loc. cit.

dat, extingui fideicommissum; *****⁹ esse causam
 3. per damnationem legati.

§. 263. Libertas quoque seruo per fideicommissum
 dari potest, ut uel heres² rogetur manumittere, uel
 legatarius². §. 264. *Nec interest, utrum de suo pro-*

prio seruo testator³ roget, an de eo, qui ipsius he-
 12. redis⁴ aut legatarii⁴, uel etiam extranei sit. §. 265.

Itaque et alienus seruus, redimi et manumitti debet.
 quod si dominus eum non uen⁵dat⁵, sane *extinguitur*
libertas, quia pro libertate pre⁶titi⁶ computatio nulla

16. interuenit. §. 266. Qui autem ex fideicommissio⁷ ma-
 numittitur, non testatoris sit *libertus, etiamsi te⁸sta-*
 8. toris⁸ *seruus sit, sed eius, qui manumittit⁹*. §. 267.

At qui directo testamento liber esse iubetur, uel
 hoc modo¹⁰: *STICHVS SERVE MEVS LIBER*

rae circiter 24. Verba eius solvere ex Inst. sumpsit. ⁹ Lacu-
 nam sic expleo: *aliam at.* (autem). Contrariam tamen senten-
 tiam huic loco Heis. tribuit, qui legendum putat *eandem* (eandem-
 demque).

§. §. 263—267. ¹ ut etc. Inst. *ut heres eum.* ² In Inst.
 additur *vel fideicommissarius.* ^{3.4.5} Ex Inst. ⁶ Sched.:
 sane ----- | III ⁷ Inst. *fideicommissi*
causa. Bien.: *causa fideic.* ^{8.9} Ex Inst. ¹⁰ Sched.: *iu-*

§. 263. §. 2. I. de singul.
 reb. per fideicomm. relict.
 Conf. Epitome, II, 7, §. 7. Vl-
 pianus, Fragm. XXV, §. 18. II,
 §. 7.
 §. 264. cit. §. 2. I. de sing.
 reb. p. fid. rel. Conf. Epito-
 me, II, 7, cit. §. 7. Vlpianus,
 Fragm. II, §. 16. item infra
 §. 272.
 §. 265. *Itaque — uendat.*
 cit. §. 2. I. de sing. reb. p. fid.
 reb. *Itaque — manumitti*
debet. Conf. Epitome, II, 7,
 cit. §. 7. *quodsi dominus*

etc. Conf. Epitome, loc. cit.
 Vlpianus, Fragm. II, §. II. cit.
 §. 2. I.
 §. 266. cit. §. 2. I. de sing.
 reb. p. fid. rel. Conf. Vlpia-
 nus, Fragm. II, §. 8. Epitome,
 II, 7, cit. §. 7.
 §. 267. cit. §. 2. I. de sing.
 reb. p. fid. rel. *At — —*
fit libertus. Conf. Vlpianus,
 Fragm. II, §. 8. 7. *Nec*
alius ullus etc. Conf. Vlpia-
 nus, Fragm. I, §. 23. item in-
 fra §. 272.

ESTO, uel STICHVM* |SERVVM MEVM LIBERVM 20.
 ESSE IVBEO, is ipsius testa^{toris} fit. libertus¹².
 Nec alius ullus directo ex testamento |libertatem ha-
 bere potest, quam qui utroque tempore |testatoris¹² ex
 iure Quiritium fuerit, et quod faceret¹² |testamen- 24.
 tum, et quo moreretur.

125.
 VIII. a.

§. 268. Multum autem *differunt* quae³ per fideicom- Mult.
 missum relinquitur², ab his, quae³ directo iure re- 4.
 linquuntur⁴. §. 269. ***** |*****
 ⁶ ** |*****
 §. 270. Item intestatus moriturus Item.
 potest ***** |***** Fideicommissum⁸ 8.

betur? [ut (uelut) hoc d. (pro m i. e. modo). ¹¹ At qui etc.
 Inst. — At is, qui directo (Bien. directo) testamento liber esse
 iubetur, ipsius testatoris libertus fit. ¹² Ex Inst., nisi quod
 ibi verba, ex iure Quiritium, non leguntur: quae tamen ne-
 cessaria sunt. Vid. Vlp., I, §. 23.

§. §. 268 — 283. ¹ Lineae vacuae. ² Sched.: Multum autem
 — qua — — — tur ³ Cod. qui ⁴ Cod. pro
 iure relinquantur exhibet iurelincunt⁵ ⁶ Iam prima differen-
 tia subijcitur, quam lin. 7. verbis Item intestatus etc. altera
 excipit. Vnde post relinquantur novae paragraphi signum po-
 sui. Eam autem hic commemorari puto differentiam, quam
 eodem, id est, primo loco collocatam video in Epit. II, 7, §. 8.,
 ubi haec leguntur: Fideicommissum ad eum, cui aliquid dimis-
 sum est, herede mortuo poterit pervenire, si talis fuerit condi-
 tio testamenti: nam legatum ita relinqui non potest. ⁶ Sched.
 *****a(?)p(vel)r(vel p)ir ⁷ Posterior huj. lin. pars vacua
 nobis visa est, ⁸ Sched.: moriturus pote (potest)

§. 268. Conf. Epitome, II,
 7, §. 8. verb. Praeterea inter
 fideicommissa etc.

§. 269. Conf. infra §. 277.
 supra §. 232. item Epitome, II,
 7, cit. §. 8. verb. Fideicommis-
 sum ad eum etc. Vlpianus,
 Fragm. XXV, §. 8. §. 35. I.

de legat.

§. 270. Conf. Epitome, II, 7,
 cit. §. 8. verb. Item legatum
 etc. Vlpianus, Fragm. XXV,
 §. §. 4. 8. §. 10. L. de fidei-
 comm. heredit. §. 1. I. de co-
 dicill.

- alicui relinquere ***** | ***** non *****
 ***** relictum non⁹ aliter ualet, quam *****
 ***** confirmati fuerint¹⁰, id est; nisi in testamento
 12. cauerit¹¹ | testator, ut quidquid in codicillis scriptum —
 | *****¹² id *****¹³ *****
 [relinqui potest. §. 271. Item a legatario legari *non
 potest; sed*¹⁴ | fideicommissum relinqui potest. quia
 16. etiam ab eo quoque, cui per | fideicommissum relinqui-
 mus, rursus alii per fideicommissum relinquere possumus.
 §. 272. Item¹⁵ seruo alieno directo libertas dari
 non | potest; sed per fideicommissum potest. | §. 273.
 Item. Item codicillis nemo heres institui potest, neque exheres
 20. | dari¹⁶, quamuis¹⁷ | testamento confirmati sint. at¹⁸ | hic
 qui testamento heres institutus *est, potest codi- | cillis¹⁹

[*****a(vel)j]m(vel)oni f.(pro f.c., ut opinor, i. e. fideicom-
 missum):⁹ Sched.: non p ————— | Mu (relictum)
 n(non).¹⁰ Sched.: ualet q ————— | mati fuerint
 Locus a fine lin. 8. ita restitui posse videtur: legatum⁹ (uero)
 | relinquere non potest. (potest) legatum « (nim) codicillis rell-
 | ctum n. a. u. quam si codicilli t^ot (testamento) confir-
 | mati fue-
 rint. ¹¹ Sched. caue — Ad explendum legitimum 39 litte-
 rarum numerum desunt litterae 5: sententia tamen non plu-
 res, quam 3 requirit; quippe legendum cauerit. ¹² Sched.
 scriptu * | An: scriptum | it? An: scriptu. fu | it (fuerit)?
¹³ Sched. aequi — (aeque?). ¹⁴ Desiderantur litterae circiter 5;
 unde in Cod. sic scriptum puto: n. (non) potest. (vel p^e. i. e.
 potest) s' (sed). ¹⁵ Epit.: Item per legatum. ¹⁶ Sched. le-
 gat? | dari. Res ipsa tamen exheredari legendum esse docet.
¹⁷ quamuis. Sched. q(vel)u | i(?)o | a(vel)is
¹⁸ Cod. aut
¹⁹ In Cod., ut opinor, sic est: e. (est) potest. (potest) codicillis:

§. 271. Item — relinqui po-
 test. Conf. supra §. 260. item
 Epitome, II, 7, cit. §. 8. verb.
 Item per legatarium etc. quin
 etiam etc. Conf. Epitome, II,
 7, §. 2. §. i. I. de singul. reb.
 per fideic. relict.

§. 272. Epitome, II, 7, cit.
 §. 8. verb. Item per legatum
 etc. Conf. supra §. 264. et
 267.
 §. 273. Epitome, II, 7, cit.
 §. 8. verb. Item per codicillos
 etc. Conf. §. 2. I. de codicill.

rogari, ut eam hereditatem alii totam, uel ex parte restituat, quamvis testamento codicilli confirmati non sint²⁰. || §. 274. Item mulier, quae ab eo, qui centum milia aëris census [est, per legem Voconiam] heres institui²¹ non potest, tamen fideicommisso relictam sibi hereditatem capere potest. | §. 275. Latini quoque, qui hereditates legataque²² directo iure legibus capere prohibentur, ex fideicommisso capere possunt²³. | §. 276. Item cum **etiam**²⁴ prohibitum sit, proprium seruum minorem annis xxx liberum et heredem instituire, plerisque placet, posse nos²⁵ iudicare liberum esse cum annorum xxx erit, et rogare, ut tunc illi restituatur hereditas. | §. 277. Item quamvis non possimus post mortem eius, qui nobis heres extiterit,

4.
Lat.

8.

Item.

12.

requiruntur enim ad explendam l. 21. Nitterae circiter 10.
²⁰ Item codicillis etc. Epit.: Item per codicillos (Ius civ. codicillum) nemo heres institui potest, quamvis testamento confirmati sint; sed is, qui testamento heres fuerit institutus, potest per codicillum rogari, ut hereditatem, quae ei data est, alii (Ius civ.: alii eam) totam, vel pro parte (Ius civ.: vel partem) restituat: quod validum est, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati. ²¹ heres institui. Cod. hdes (heredes) institutio ²² Cod.: legata quia ²³ Sequitur spatium vacuum. ²⁴ et. i. e. etiam. Sched. ²⁵ Cod. neos

§. 274. Conf. supra §. 226. mulier — — institui non potest. Conf. Cicero, in Verrem, Lib. I, cap. 42. et pro Balbo, cap. 8. Asconius, in Verrin. Lib. I, cap. 41. (ed. a. 1675. pag. 98.) Dio Cassius, Lib. LVI, cap. 10. Augustinus, de Civit. Dei, Lib. III, cap. 21. Gellius, Lib. XX, cap. 1. tamen fideicommisso etc. Conf. Cicero, de Finib. Lib. II, cap. 17.

§. 275. Conf. supra Com-

mentar. I. §. §. 23. 24. et loca ibi allegata. imprimis Ulpianus, Fragm. XXV, §. 7. item huj. Commentar. §. 110.

§. 276. Item — — instituire. Conf. supra Commentar. I. §. 18.

§. 277. Conf. supra §. 184. Item Epitome, II, 7, cit. §. 8. verb. Item quamvis etc. Item — — dari potest. Epitome, loc. cit. et quia post mortem — dari potest. Conf. supra §. 269.

alium in locam eius heredem instituere, tamen possumus eum rogare, ut, cum morietur, alii eam hereditatem totam, uel ex parte restituat. et quia post

16. mortem quoque heredis fideicommissam dari potest²⁶, idem efficere possumus et si ita scripserimus: CUM TITIVS HERES MEVS MORTVVS ERIT, VOLO HEREDITATEM MEAM AD PVBLIVM MAEVIVM PERTINERE. utroque²⁷ autem modo, tam hoc, quam

20. illo, Titium heredem nostrum obligatum relinquitur.

Praet. *usu*²⁸ de fideicommissis restituenda. §. 278. Praeterea legata (*per*) formulam petimus: fideicommissa uero Romae quidem aput Consulem, uel aput eum Praetorem, qui praecipue de fideicommissis ius dicit, perscrinamur; in prouinciis uero aput Praesidem prouintiae.

24. §. 279. Item de fideicommissis semper in urbe his dicitur; de legatis uero, cum res aguntur²⁹. §. 280. Fideicommissorum usurae et fructus debentur, si modo morantur³⁰ solutione fecerit, qui fideicommissum debet: legatorum uero usurae non debentur; idque rescripto diui Hadriani significatur. scio³¹ tamen Iuliano placuisse³²,

125. Gl.

²⁶ Item quamuis etc. Epit.: Item q. n. p. p. m. ejus, quem heredem instituimus, alium ei substituere, tamen per fideicommissum rogare eum possumus, ut, cum moriatur, alii eam hereditatem uel totam, uel pro parte restituat. Et quia, sicut superius dictum est, etiam post mortem heredis fideicommissum ei, cui relictum est, dari potest. ²⁷ utroq. i. e. utroque. Sched. m(vel c)r(vel p)ó(vel é)q(vel o) ²⁸ Cod.: heredem res obligatum relinquitur. ²⁹ Sched.: cum r(vel p-res) agunt? ³⁰ Sched.: fo (fideicommissorum) us(?)p(?)rae(usurae) ei(st) ppuet(vel)us(fructus) debentur oi(st) modo morantur(vel p)ant(moram in). ³¹ Cod. scio Lege scio. Sav. ³² Sched.

§. 278. Conf. Vlpianus, — — — non debentur. Conf. Fragm. XXV, §. 12. Epitome, II, 7, cit. §. 8. verb. §. 280. Fideicommissorum Praeterea et in hoc etc.

in eo legato, quod sinendi modo relinquitur, idem iuris esse, quod in fideicommissis: quam sententiam et his temporibus magis optinere uideo. | §. 281. Item 8.
 legata graece ³³ scripta non ualent; fideicommissa uero Item.
 ualent. | §. 282. Item si legatum per damnationem relictum heres infitietur ³⁴, in duplum cum eo ³⁵ agitur; fideicommissi uero nomine semper in simplum 12.
 persecutio est. §. 283. Item (quod) quisque ex fideicommissis plus debito per errorem soluerit, repetere potest: at id, quod ex causa falsa per damnationem legati plus debito solutum sit, repeti non potest. idem 16.
 scilicet iuris ³⁶ est de eo legato, quod non debitum uel ex hac, uel ex illa causa per errorem solutum fuerit.

| §. 284. Erant etiam aliae differentiae, quae nunc Erant non sunt. §. 285. Ut ecce peregrini poterant fideicommissa capere: et fere haec fuit origo fideicommissorum ¹. sed postea id prohibitum est; et nunc ex ora-

placuisse ³³ Cod. graeges ³⁴ Cod. infitietur ³⁵ Cod. ego ³⁶ Cod. iurus

§. §. 284 — 288. ¹ Cod. mendose: peregrini poterant fideicommissam facere et ferre haec fuit origo fideicommissa. Putet aliquis legendum esse: peregrini poterant fideicommissa facere et ferre: haec fuit origo fideicommissorum. Sed illam locutionem, fideicommissa facere, ab usu veterum Ictorum prorsus alienam puto. Deinde fideicommissa a peregrinis hominibus relicta olim iure Romano valuisse, posterioribus autem tempo-

§. 281. Conf. Vlpianus, Fragm. XXV, §. 9.

§. 282. Item — agitur. Conf. infra Commentar. IV. §. 9. item §. ult. l. de obligationib. quasi ex contractu. Epitome, II, 7, cit. §. 8. in fin.

§. 283. idem scilicet iuris est etc. Conf. Vlpianus, Fragm.

XXIV, §. 33. ubi, ut ex hoc Gaji loco apparet, bene se habet negatio a Schultingio sollicitata. Conf. etiam cit. §. ult. l. de oblig. quasi ex contr.

§. 285. Ut — fideicommissorum. Conf. Theophilus, II, 23, §. 1.

24. ¹longe diui Hadriani senatusconsulto² factum est, ut
 ea fideicommissa fisco³ vindicarentur. §. 286. *Caeli-*
*des*⁴ || quoque, qui per legem Iuliam⁵ hereditates le-
 ga⁶taeque capere prohibentur, olim fideicommissa uide-
 4. bantur capere posse. Item orbi, qui per legem Pa⁷pianam
 ob⁸id, quod liberos non habent⁶, diuidias partes he-
 reditatum legatorumque perdunt, olim solida fideicom-
 missa uidebantur capere posse. Sed | postea senatus-
 8. consulto Pegasiano. perinde fideicommissa quoque, ac
 legata⁷ hereditatesque capere posse⁸ | prohibiti sunt.
 eaque translata sunt ad eos, qui testamen|to liberos
 habent, aut si nullos liberos habebunt⁹, | ad populum,
 12. sicuti iuris est in legatis et in heredi|tatibus¹⁰. §. 287.
 Eadem aut simili ex causa autem olim in|certae per-
 sonae, uel postumo alieno per fideicommissum relinquit
 | poterat, quamuis neque heres institui, neque legari

126.
Cl. b.

ribus fisco vindicata esse equidem persuadere mihi non possum.
